GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [1] - -

Leibn. Marg.

0, 1

Randnoten von Leibniz

KM.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [2] - -

De

NATURA POPVLORVM,

EIVSQVE PRO LOCI POSItu, temporisq; decursu variatione:

Ac insimul etiam,

DE LINGVARVM ORTV ET IMMVTAtione,

Philologicus Discursus.

AUCTORE

CHRISTOPHORO BESOLDO.

TUBINGÆ,
Typis Johan-Alexandri Cellii.
ANNO M. DC. XIX.

5
Angl.
4.
2

Pietate verâ, rarâ item ac variâ erudi-
tione Clarissimo Viro;

DN. HENRICO HEINIO, ROSTOCHIENSI, V. I. D. CONsultissimo, &c.

AMICO SVO, FRATERNO
adfectu colendo;

Observantiæ & amicitiæ monumentum
heîc l. m. p.

Auctor.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [4] - -

OMNIUM PRIMÒ, QUALIS NATURÂ Populus ſit cui imperitatur; ab eo qui vel Rempublicam adminiſtrare, vel de rebus politicis judicare velit, cognoſcendum eſt. Etenim quemadmodùm ſapiens Architectus, ædificium diuturnum extructurus, ad cujuſvis materiæ naturam atque conditionem, formam adaptat congruentem; etiam quemadmodùm Medicus, quemadmodùm item is qui equitat, reſpectum ad ſubjectum habet: ſic & Cicerone *de Oratore* teſte, duo Reipublicæ capita ſunt; noſſe Rempublicam, & Civium cognitos habere mores. Il faut, dicente Blaſio du Montluc, *lib.* 3. *des Commentaires, fol. m.* 167. *b.* qu' un Capitaine & Gouverneur ſage, & adviſè, quand il eſt parmi les nations eſtrangeres, taſche tant qu' il peut, ſe conformer à leur humeur. Parmi les Allemans, & les Suyſſes, il faut faire garroux; avec les Eſpagnols, tenir leur morgue ſuperbe, & faire plus le Religieux, & devotieux, qu' on n'eſt; parmi l' Italien, eſtre diſcret & ſage, ne l' offencer, ni careſſer leurs femmes, &c. Ac ideò de omnibus Rerumpublicarum arcanis, nullum creditur majus; quàm ad varios gentium mores & inclinationes, Civitatis cujuſque leges & formam accommodare convenienter. Multi enim, dum inconſideratè Civitatis formam, alienam à populi moribus inſtituerunt, Imperia florentiſſima funditùs everterunt.

Bodinus *lib.* 5. *d. Rep. cap.* 1. *num.* 494.

Noſcenda eſt, inquit Tacitus, *libr.* 4. populi quem regere vis, natura; quique eam callet, dicitur prudens. In eoque cumprimis erravit Dux Albanus, & eo errore Belgiũ, & unà ſumptus incredibiles amiſit Rex Hiſpaniarum. Le Duc de Albe, y fut envoyè, lequel ne cognoiſſant pas l' humeur du pais (ignorance toujours dangereuſe à un Lieutenant du Roy) porta le commandemens de ſon maiſtre à la pointe de l'eſpée; & voulut forcer par la violence des armes un peuple, qui ne ſe laiſſe vaincre que par la ſeule neceſſitè. *Pierre Matthieu, hiſt. de Henri 4. lib. 1. narrat. 4. fol.* 103. Libenter uti ſoleo auctoritate prudentiſſimi politicorum Antonii Perez. *Qui in Aphoriſm. fol.* 164. *num.* 92. ita ſcribit: Hæc demùm prudentia eſſe videtur; efficere, ut particulares cujuſque Regni leges, conformes ſint naturæ cujuſque nationis. Nec enim omnia corpora, uno eodemque remedio curantur: & verò Leges aſſimiles ſunt medicamentis, populi inſtar corporum eſſe videntur. Acidem alibi, *fol. nempè* 319. *numer.* 352. *&* 354. operoſè Principes monet; ne, dum aliarum, & peregrinarum inprimis nationum exempla, in adminiſtratione Reipublicæ temerè imitantur, eandem evertant: cùm methodus medendi, etiam pro climatis ratione patiatur variationem. Plutarchus quoque mores Civium cognoſcere nos debere monet; & ideò alicubi multis verbis Athenienſium naturam deſcribit: iram eos gerere quidẽ in promptu ſed tamen placabiles eſſe, & ſuſpicaces magis, quàm veri tenaces; Carthaginẽſes rudes, melãcholicos, magiſtratibus obſequẽtes, ſubditis moleſtos, ad pericula pigritantes, iræ impotentes, & crudeles eſſe refert. Hanc autem morum cognitionem, neceſſariam

Scipio Amiratus *diſſertat. politicar. lib. 4. diſſertat. 7.*

ille

ille censet; quia propensionibus eorum inter quos tibi vivendum est ignoratis, faciliùs cogitationes tuæ falluntur: quod non minùs in Civitatibus, quàm in amicitiis Regum contingere consuevit. Ex quibus ea mihi semper sententia fuit; non propter aliud ab historiographis sparsas esse in ipsorum Operibus, de moribus gentium narrationes: nisi ut legentes doceantur, quomodò cautius, & majore cum fructu, pacis belliq; tempora guberentur. Prudenter Machiavellus, 3. *de Rep. cap.* 43. Cernimus, inquit, certis quibusdam regionibus, peculiares quosdam affectus insitos, & nunc, & semper ferè eodem modo fuisse. Quod in tractando cum ejusmodi populis, diligenter animadverti debere; & ex eo, futurarum rerum eventus conjici posse, aliquot exēplis docet. Nec hoc Politicis solùm, sed & Juri nostro cognitũ est. Ulpianus enim *in l.* 31. *§.* 21. *ff. d. Ædilit. edicto.* Eos qui mācipia vendunt, Nationem cujusque in venditione pronuntiare debere respondet: eò quòd nationem scire interest. Præsumptum enim esse, quosdam servos bonos esse, quia natione non sunt infamatâ; quosdam malos videri, quia & natione sunt, quæ magis infamis habetur.

2. Non modò autem diversarum Urbium Regionumque, diversi hominum mores & consuetudines sunt; solentque aliæ, alios homines procreare, mollitie, duritie, mansuetudine ac ferocitate differentes: sed in eâdem Urbe, plerunque etiam familiæ inveniuntur, eodem modo differentes. Id quod manifestè satis in Romanâ historiâ licet contemplari: in quâ Urbe, constat Manlios omnes fuisse severos & duros; Publicolas benignos ac populares; Appios ambitiosos, superbos & adversarios plebis.

Machiavell. *Discurs. lib.* 3. *cap.* 46. Michaël Piccart. *observat. hist. polit. dec.* 6. *cap. ultim.*

Sicq; & aliarum familiarum, alii quidam peculiares mores & animi affectiones extiterunt. Quæ res certè, non tantummodò ex temperamenti diversitate provenire potest; cùm id pro Matrimoniorum varietate immutetur: sed magis pendet ex modo educationis diverso, quem singulæ familiæ habent. Plurimum enim interest, ut â teneris annis, hisce aut illis moribus assuescas; & de re quâpiam sentias benè aut malè. Nam quæ in ipsâ ætate tenerâ imprimuntur animis opiniones de quibusq; rebus, eæ solent ad extremam ætatem usque perdurare: & ex eo, quo in teneris annis animus fuerit imbutus, solent homines rerum naturas metiri. Quomodo enim aliàs fieri potuisset, ut (quod Livius testatur) Appii omnes ambitiosi, iisdemque cupiditatibus fuerint agitati. Sic Cassii severi & tristes dicebantur: undè Vulcatius Gallicanus; notum habes Cassium hominẽ Cassianæ severitatis & disciplinæ: & de Cassiis quod Vulcatius ait, Avidium Cassium tacitè Principatum odisse, id de omnibus est accipiendum; hîcque *tacitè* idem valet, quod naturâ & propagatione veluti gentis. nam ejusdẽ animi erat Cassius qui Cæsarem interfecit, & alter Cassius quem Nero ob suspicionem conjurationis occidi jussit. Bruti constantes dicebantur, Fabii patriæ amantes: de eaque gente Livius; Gratum Patribus Fabiorum nomen, quanquàm plebi invisum. Scipiones erant ambitiosi & bellicosi; Claudii superbi: undè Tacitus; Tyberium Neronem maturum annis, spectatum bello, sed vetere atque insitâ Claudiæ familiæ superbiâ. Asinii feroces fuerũt: testis Tacitus de Gallo Asinio; invisus pridem Tiberio, quòd (ductâ in matrimonium Vipsaniâ Marci Agrippæ filiâ, quæ quondam Tyberii fuerat

fuerat uxor) plusquàm civilia agitaret. Lælios passim ut hilares historiæ Romanæ commendant; Hortensios ut eloquentes.

3. Sed adhûc ferè magis nationes, quàm familiæ variare, & in hâc suâ varietate constantes esse videntur. Ac adeò etiam varia & discrepans est natura populorum, ut nec de gratiâ seu pulchritudine corporis, pariliter judicare deprehendantur. Cùm Græci insignem formam extollere volunt, manum sublatam in latus inclinant, pollicisque & indicis extrema conjungentes, faciunt orbem; quasi indicare velint, eis de quo sermo est, oculos tam grandes esse. Quod & vetus est à Græcis auctoribus, muliebris formæ judicibus celebratum; qui fœminas formæ insignis, unicâ voce πλατυοφθάλμους, seu amplis oculis, adpellârunt: propter elata supercilia nempè, quæ latæ & amplæ faciei gratiam conciliare putant; contra aliarum nationum sensum. Et ideò veteres statuæ & numismata Græcorum, oculos prægrandes & comam referunt promissam; præ iis quæ numismatibus Romanis exprimuntur. Sed si quis consideret orbem terrarum universum, ac item gentium quibus incolitur discrimina perpendat, fatebitur certè non illubens; Ingenia hominum, à situ, sedeque regionis præcipuè formari, & prolocorum varietate immutari; ac cuilibet Regioni proprium quasi spiritum, seu indolem aut Genium adgnatum esse. Etenim in omni gente, per æstus succedentium sæculorum, mores animosque mutantium, hæret quædam vis inconcussa; quam hominibus pro conditione terrarum in quibus nasci contigerit, sua fata diviserunt. Hinc illa ab antiquo vitia, & patriæ sorte durantia, quæ totas in historiis

Petr. Bellon. *observat. lib. 3. cap. 36.*

Cælius Rodig. *18. antiq. lect. cap. 18.* Waremund. *d. fœderib. lib. 1. fol. 255.* & alii quos refero *lib. 1. Polit. cap. 10. n. 4.*

ſtoriis gentes aut commendant, aut notant: ut iſthîc naturalis levitas populos agat, turbidiſque incerta conſiliis; illic pingues graveſque animi, triſti ſuperbiâ, tanquàm ſpecie arcanæ ſapientiæ, ferociant. Illi ſitim non tolerent; alii in murationem, nec proviſa conſilia, temporariis ingeniis incumbant: apud cæteros, placari non poſſit ingeniũ ultionis. Indè etiã populi in alium, longè cum primis â patriâ remotum ſolum tranſmigrantes, temporis ſucceſſu unà cum moribus, ipſam naturam commutant; eamque novæ habitationis genius, abſumere deprehenditur: pariter ut plantæ ad habitum regionis qualitatemque, immutantur. Id quod notum planè facere videtur experientia hodierna: teſtatur namque Johan Hugo Linſcotanus *in Itinerario ſuo, cap.* 29. Luſitanos qui Indias Orientales inhabitant, tertiâ generatione, colore corporis, habitu, morumque inclinatione, Indos ferè naturales repræſentare. Sed cùm ſitus per ſe, hoc efficere non poſſit, penitiùs inquirendum eſt in hujus rei cauſſas; quas quidam cœleſtes converſiones ſiderationeſque, eſſe dicunt: rationem ajunt, omnium certiſſimam ad conſtitutionem gentium, ac diſpoſitiones rerum moralium intuendas & percipiendas, verâ ſignaculorum cœleſtium inſpectione, & naturarum hieroglyphicarum Cœli imaginum contemplatione dari ſolere; quæ inprimis in hæc inferiora, & præſertim hominum temperaturas atque complexiones, agant. Et ſic porrò ratiocinantur. In primo climate (Dia-Meroes appellato) per Nabathæam tranſeunte, quatenùs gubernatur â Saturno, homines complexione nigriores, ut Æthiopes, & lividiores, ut Americani, reperiuntur; qui etiam propter Saturni juxta æquinoctia-

R. de Fluctibus *in tract. apolog. F. R. C. part.* 2. *cap.* 5.

ctialem circulum dominium, rudes & barbari ſunt; brutalẽ aſpectũ habẽt, & carnes humanas, more beſtiarum etiam, crudas devorare ſolent: ſuſpicioſi ſunt, traditores, &c. In ſecundo climate (Dia-Sienne dicto) quod Ægyptum per medium quaſi dividit, Jupiter ſuum Imperium vendicavit. Undè fit, ut Ægyptii religioni ſacriſque Deorum ritibus, naturali quaſi inſtinctu, polluerint, & oracula futurorum ediderint; hominesque illius paralleli, ut plurimùm ſapientes, graves, honeſti, juſti, dulcis ſermonis, magnanimi, & valdè religioſi ſemper fuerint inventi. Clima tertium (Dia-Alexandrum nuncupatum) radio ſuo penetrans per terram ſanctam, Martis regimini dedicatur; quod etiam nobis declarant iſtius plagæ eventus exitiales ab origine producti: cùm in omni ætate circa illum mundi parallelum, nihil præter bellum, ſeditiones, multiplicem Civitatis illius ſanctæ ruinam, & aſſiduam uſque ad hunc diem captivitatem, bello & viribus coactam, deprehendamus. In quarto, Diarhodios nuncupato, per medietatem Græciæ extenſo, Imperium & ſceptrum tenet Apollo, ſeu ſolare illud camporum cœleſtium ornamentum; undè fit, ut hæc mundi ſectio ſcientiæ philoſophicæ excellentiâ, & Poetarum optimorum coronâ laureatâ, ſoli Phœbo dedicatâ, ornetur. Quinto, Dia-Romes vocato, Italia & Sabaudia ſubjiciuntur, in quo Venus retinet dominium ſuum: quare homines iſtius plagæ, luxuriæ, ſcortationi, & cæteris carnis voluptatibus dediti, & proclives eſſe obſervantur. Similiter urbes regales ſtruxerunt, artes manuales invenerunt, & præcipuè opus illud textrinum byſſinum, corporis ornandi gratiâ, novis inventionibus auxerunt; Ludos, Co-

mœdias, & Cantilenas insignissimas produxerũt, &c. Galliam divisit sextum clima, Mercurio consecratum. Hinc fit quòd hujus sectionis incolæ, adeò sint inconstantes, veloces, mutabiles, instabiles, & moribus leves: & tamen scientias amãt, Professoribusque honores libenter præbent; acumine ingenii pollent, & benè morati sunt. Lunæ dominio attribuitur septimum illud clima, Dia-Boristenes nuncupatum; quod per Germaniam, Belgium, & Angliam transit; undè evenit, quòd populus huic climati subjectus, ebrietatem, & potationem magis quàm ille cœterarum plagarum amplectatur: segniores, & non ità ingenio acuti sint homines hujus paralleli, quàm illi aliorum: nisi Spiritus eorum animales pituitâ obtusi, atque consopiti, vini efficaciâ acuantur, & exagitentur. Hinc etiam est, quòd Britanni et Belgæ, per mare mobiles & vagabundi sint, nationes exoticas, & in ultimis terrarum orbis partibus positas, navigatione inquirentes. Hincque nautæ & piscatores naturali inclinatione fiunt: Et hûc quoque pertinere videtur, quod *in tr. de matrimonio* Felix Malleolus *f.* 117. scribit: Hoc admirando suis oculis viderunt, & murmurando dixerunt Viri peritissimi, tempore Concilii Constantiensis ibidem celebrati, de anno Domini M. CCCCXVI. & sequentibus, copiosissimè de omnibus Ecclesiæ Catholicæ finibus congregati: quòd nunquàm viderint regionem, regnum, terram, provinciam vel diœcesim, in quibus tot per singula tempora moverentur causæ matrimoniales, sicut in Consistorio Curiæ Constantiensis. Dixerunt autem Astronomi ibidem similiter congregati, quòd sicut Italiâ, regimine nec non dominio dominantis infusione

Martis,

Martis, bellicosissimi Planetæ videtur coangariata, & Burgundia sub Saturno: sic regio & regnum Sueviæ, in quod pertinet diocesis Constantiensis principaliter, latissimè sit necessitata sub lubricæ luxuriosæque Veneris dominatione; ut dirigat simile simili ad opus naturaliter increatum copiosissimè. Et dum de anno Domini M. CCCC XXVI. & sequentibus fueram in studio gloriosæ matris Bononiensis, diligenterque perquirendo, unà cum studentibus ab officiali Curiæ Consistorii Episcopatus Bononiensis; fuimus notabiliter informati, quòd per illum annum nulla super fœdere matrimonii mota fuerit causa. Licet interdùm de impedimẽtis consanguinitatis & affinitatis, ac spiritualis consanguinitatis fuerint altercationes, cõtentiones; & declarationis petitiones. Est tamen veritas, quòd in dictis regionibus & præsertim Romæ & similiter in Bononiâ & plerisque Civitatibus aliis, puellarum, virginum, & viduarum, aliarumque mulierum est tanta naturalis, artificialis, curialisque custodia, & etiam consuetudinis disciplina; ut viris vel juvenculis eorum non pateat nec liceat inhonesta frequentare consortia, licet interdùm secretissima fiant conventicula. *Et paulò pòst:* Vidimus insuper in Curiâ Constantiensi rarissimè, viros ipsas mulieres judicialiter in Consistorium super matrimonio petentes; sed communiter ipsas mulieres seu fæmellas viros impetentes, & quãdoque duas vel tres mulieres, unum virum simul & semel, in virum legitimum sibi, & quælibet in solidũ postulantes. Et in hoc videmus disciplinæ discretionem terræ nostræ mulierum, â fœmineo sexu totius Italiæ; prout præmittitur multùm discrepantem. Alii, Astrologorum hasce traditiones, commenta

puta esse censent, & ideoq; aêris hoc tribuunt temperiei, alimentorumque generi; quibus nempè corporum variantur temperaturæ, quas porrò animi sequuntur mores, ut Galen. docuit *lib. singulari.* Qui proindè medicos affirmat esse optimos morum moderatores. Illi enim cùm circa multiplices herbarum vires versentur, omnium optimè norunt, quid temperamentum humanum perficiat, quid evertat & destruat. Quo intuitu Cardanus: Homo, inquit, naturâ calidissimus atque humidissimus est: ob id etiam malorum morum. Calore enim crudelis, dolosus, inconstans, iracundus evasit. Humido verò, fluxus, enervis, laboris impatiens, & delitiarum amator: utroque autem gulosus, libidinosus. Ob id etiam sapientes, cùm sint calidissimi naturâ, atque humidissimi: propterea nisi proficiant philosophiâ, pessimi omnium sunt. Adjuvat adhæc perpetranda, industria quam ex studiis acquisiverunt; & melancholia, quæ pingui humore resoluto, ex superfluis studiis ac vigiliis, gigni solet: quę tamen Scaliger, *Exerc.* 274. operosè confutat. Hâc de re quod meum judicium sit, si quis exquirat; omnes illas jam modò dictas causas diversitatem hãc producere, & plerunque concurrere reputarem. Quin & aliæ quoq; causæ, quarum in sequentibus mentio fiet, accedere subindè solent. *Addatur Keckerman. disp. pract.* 21. *problem.* 13. *& Petr. Andr. Canonhiero.* 1. *del' infelicità de gli huomini letterati è guerrieri. fol.* 13.

4. Et nunc porrò in specie, qualiter & quomodò ratione situs mutentur mores, paucis explicandum erit. Ubi generatim & pro regula ingerere licet: hominum complexiones, & indè mores, subsequi temperamentum loci. Die kelten arbeitsamen

Länder

Länder / haben allweg ein harter Volck / dann die Sonnenrein; ait Johan. Stumpff. *lib.* 8. *cap.* 1. *ad fin.* quamvis idem *lib.* 5. *cap.* 1. scribat, in Tauriacensi pago (Im Turgöw) quò magis dura Regio sit, eò molliores & pulchras magis fœminas reperiri. Sed certè, frigida qui inhabitant loca, quales Septentrionales sunt; illi quidem animosi existunt: intelligentiâ tamen & arte minùs solertes habentur. Itaque cùm libertatem constantiùs tueantur, â rectâ tamen Reipubl. ratione sunt alieni; nec finitimis Imperandi facultate pollent: si Aristoteli credimus. *lib.* 7. *Politic. cap.* 7. *ubi fautor & amicus meus Michaël Piccart, scitu digna plurima notat.* Qui Asiam incolunt, ut intelligentes & artificiosi, sic parùm animosi & Imperio proindè subjecti sunt, pressique servitute. Nec hoc ignorave̊re Poetæ. Lucanus lib. 8. eleganter:

Omnis in Arctois populus quicunq; pruinis
Nascitur, indomitus bellis & mortis amator:
Quicquid ad Eoos tractus, mundiq; temporem
Labitur, emollit gentes clementia cœli;
Illic & laxas vestes, & fluxa virorum
Velamenta vides. ———

Idem Lucanus de Europœis alibi:

——— *Populi quos despicit Arctos,*
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus, haud lethi metus urget; inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæq; capaces
Mortis, & ignavum est redituræ parcere vitæ.

Septentrionalium sanè robur & audacia facit, ut expeditiones regnorumque propagationes, ferè â Septentrione in Meridiē procedant; & easdē rarò contrà factas esse, historiarum monumenta testantur: ita quidē, ut victorias omninò paucas, ex omni me-

Ioha. Baptista Lenecius in *observat. polit. num.* 324.

moriâ petere liceat, quas Auſtrales contra Aquilonem obtinuerũt. Hocq; eſt, cur multi ſapientes, non tàm Turcos, quàm Tartaros metuendos putent; ne in ditionem ſuam redigant Imperium Chriſtianorum. Hic enim ordo, & hæc ſeries legitur gentium devictarũ; ut Aſſyrii Chaldæos, illos Medi, Græci Perſas, Parthi Græcos, Romani Pœnos, Gotthi Germanos, Turci Arabes, Tartari Turcas, Angli Gallos, Scoti Anglos ſuperârint. Et prudenter judicare puto Johannẽ Magnum Archi-Epiſcopum Upſalienſem, qui *Gotthorum Sueonumq; Hiſtoriæ lib.* 4. *cap.* 19. de Danis ita ſcribit; ſi tot bella in alias terras, videlicet Orientales, Occidentales, Auſtrales promoviſſent, quemadmodum in vicinos Gotthos, Norvegianos, Sueones attentaverunt; eſſet profectò longè latior eorum principatus, quàm Saxo ſcribit *in vitâ Divi Chanuti Regis*: ubi ſuam Daniam, parvulæ telluris anguſtiam vocat. Audacia verò ſeptentrionalium populorum, conſtantia etiam ac fiducia cominùs pugnandi, cenſente Vegetio *lib.* 1. *cap.* 2. ex eo deſcendit, quòd â Solis ardoribus remoti, inconſultiores quidem, ſed largo tamen ſanguine redundantes exiſtunt. Nationes econtrà quæ Soli vicinæ, nimioq; calore exſiccatæ ſunt; melancholicos incolas habent, quibus propterea parùm ſanguinis eſt, quiq́ue ideò naturæ ductu, ſanguinis ſunt parciores, & vulnera metuere ſolent. Melancholici viciſſim cogitabundi ſunt; & ideò contemplativi. Sanguinei ſunt læti, & non ita pertinaces in indagandis naturæ ſecretis. Undè Septentrionales â Meridionalibus, Ægyptiis, Chaldęis, &c. Philoſophię myſteria didicerunt. Conſentit etiam nobiſcum Cœlius Rodiginus, qui *antiq. lect.* 18. *cap.* 20. ita ſcribit: Qui exuſtas â Sole

Sole mundi partes incolunt, ita caloris exuberantiâ in extimis torreri, ut intima frigoris plurimùm concipiant. Proindè insigniter ad timiditatem degenerare; & ad effœminatiorem naturam; quo nomine servituti ferè mancipati, omnes animadvertuntur: dilabitur enim calor, meatibus corporum laxatis, & quodammodò hiantibus, sideris propinqui intemperantiâ. Argumento est cutis nigricans, educti forinsecùs insiti caloris copia. At qui rigentia mundi, pruinis geluque torpentia terunt, nimio plùs audaciâ præcellunt, candentibus corporum extimis. Utrique tamen inhumani ferique. Et porro Septentrionales, ut robustiores, ita quoq; vivaciores sunt. De Islandis ita Blefkenius scribit, *fol.* 30. & 33. vidi Islandicum, qui tonnam Hamburgensem cerevisiæ plenam, tàm facilè ori suo admoveret bibens ex illâ, ac si unicam habuisset mensuram. Et paulò pòst: Multos in annos absque Medicinâ, aut Medico vivunt. Multi annos C L. attingunt. Ac vidi senem, qui CC. se tunc vixisse annos dicebat, &c. Constantinus etiam Porphyrogenneta, Imper. Constantinopolitanus *d. administr. Imperii, cap.* 12. Filium monet & ait: Borealibus populis universis, quasi â naturâ insitam esse pecuniarum cupiditatem insatiabilem; undè omnia quærunt, omnia expetunt, neq; concupiscentiam termino ullo circumscriptam habent; sed plura semper desiderant, & pro exiguo quod præstiterunt commodo, magna lucra acquirere postulant. Etiam qui nimis à temperato climate remoti, & ad Polum propiùs accedunt, à reliquis differre noscuntur: ac inde Hippocrates, *d. aër. & locis.* in Europâ, inquit, genus hominum est Scythicum, circa paludem habitans Mœotim, quod à reliquis

gen-

gentibus maxumè differt, Sauromatæ adpellantur. Et paulò pòst. Cæterùm reliqui Sythæ quòd ad formam attinet, ipsi sibi similes sunt, aliis dissimiles. Sicut quoque Ægyptii, ipsi inter se: præterquàm quòd hi â vehemẽti calore, illi ab intenso frigore sunt compressi. Omnia hæc pro more, Guilhelm. Sallustius du Bartas rhythmis elegantissimis exponit; *au second jour de la 2. sepmaine*, quos ita latinos fecit Gabriel Lermeas:

Quàm mirabilium dives natura creatrix!
Haud varii tantùm variâ regione locorum,
Humores, color, & vires, crinesq́, moduſq́,
Corporis humani; sed adhûc discrimina morum:
Sive quod in nostram tandem consuetio migret
Naturam; veterum sese primæva juventus
Aptet ad exemplum, mutent civilia jura:
Aut cœli tacitas sculpant in corpore vires.
Frons pulcra Arctoo, frons Austri fœda colono.
Ille albus, niger hic: hic debilis, ille valenti
Robore: crispatis, crassisq́, hic crinibus, ille
Tenuibus: hic musas, duros amat ille labores.
Hic calidus siccus, caliduſq́, atq́, humidus ille:
Hic ad lætitiam segnis: propensus at ille:
Hic graciles, alter plenas dat gutture voces:
Hic est fucatus, sed candidus ille: malignus
Hic, illi mitis morum clementia: & ille
Tardus, & hic agilis: constans sententia nunquàm
Huic sedet, ille tenax: hic sobrius, ille perennis
Potor: & hic parcus, sed prodigus ille: furentum
More lycanthropon, segrex per inhospita sæpè
Hic errat; populo sociabilis ille: superbam
Hic vestem gerit, ille gravis velatur amictu
Pelliceo: est natus Mars ille, hic natus Apollo.
At mediam, mediis qui sedibus insidet, ille

Na-

Naturam obtinuit, validis qui viribus anteat
Niliacis, at cui non tantæ gratia mentis:
Trans Rhenum positos littusq; binominis Istri
Ingenio contrà superet, quèis robore suppar.
Namq; rotundatâ sacri claustri orbis in Urbe,
Quos juvat ecstaticis animam dare motibus, Afri,
Cœlorum certâ repetita volumina lege
Metiri; & stolidum superare per ardua vulgus,
Vatis in officium subeunt: positiq; boreis
Sedibus extremos, quorum fugitiva recedit
In digitos anima, & qualis Salmoneus olim,
Qui Jovis & sonitus imitari, & fulmina possunt,
Atq; metalla ornant variis & ligna figuris;
Artificis subeunt, & munera militis inter
Quæ sita gens illis, legum haud ignara capessit
Judicis illa vices, populos qui jure coërcet.
Denique primus amat formosæ dona Minervæ,
Artibus ille valet, magna huic prudentia rerum.
Verùm non paucis cum Phœbo Pallas ab annis,
Sicelides Nymphæ, Themis & Cyllenia proles;
Haud minùs egelidâ posuêre Lycæa sub Arcto
Quàm stadium Bellona sibi, sibi Mulciber Ætnam.

Particulatim etiam hæc explicat Petrus Charron. *tr. d. la sagesse. lib. 1. cap. 42.*

	Septentrionales sunt	*Meridionales sunt*
Corpore	Ingentes atq; præcelsi: pituitosi, sanguinei, albi, flavi, dediti conversationi, vocis contentæ, cutis hispidæ & mollis, cibi potusque appetentes: robusti.	Parvuli, Melãcholici, frigidi & sicci, nigri; solitarii; vocis acutæ; cutis durioris, pilisq; carentis; crispi; sobrii & debiles.
Ingenio	Obtusi, stupidi, stulti, faciles, leves, inconstantes.	Ingeniosi, sapientes, prudentes, astuti, pertinaces.

Religione { Non devoti, nec ſancti. { Superſtitioſi, cõtẽplativi.

Moribus { militares, fortes, laborioſi, caſti, non Zelotypi, humani. { à bello abhorrentes, puſillanimes, ſcortatores, Zelotypi, crudeles & inhumani.

Medii, in omnibus hiſce partibus, temperati ſunt atque mediocres, ac ferè neutrales: & participant de utriſque extremis, prout ad hoc vel illud clima magis adpropinquant. Subjunqit & aliam populorum diviſionem idem Charron.

Septentrionales.	*Medii.*	*Meridionales.*
Valent ſenſu cõmuni.	diſcurſu & ratiocinatiõe.	Intellectu.
Fortes ſunt, inſtar beſtiarum & urſarum.	Ratione & juſtitiâ humanâ præditi ſunt.	Aſtutiâ vulpinâ, & Religione Divinâ.
Mars. Luna } Bellum. Venatio.	Iupiter Mercur. } Imperatores Oratores.	Saturnus Venus } cõtẽplatio. Amor.
In Artibus & Artificiis manuariis præcellunt.	Prudentiâ, cognitione boni & mali.	Scientiâ veri & falſi.
Idonei ſunt ad exequendũ & obediendũ.	Magiſtratus judices, &c.	Pontifices, Philoſophi, contemplativi.

De mediis Plinius quoque ſcribit, *hiſt. natural. lib. 2. cap. 78.* Medio terræ, ſalubris utrinque miſtura, fertilis ad omnia tractus, modicus corporum habitus, magna in colore temperies; iiſdem Imperia, quæ nunquàm extimis gentibus fuerunt. De Europęis pariter, ſeu mediis, Hippocrates, *de aer. & locis* notat, valdè eos inter ſe diſſimiles & diverſos eſſe; tum quod magnitudinem attinet, tum quod ad formam: atque id propter temporum contingere mutationes,

tationes, quæ apud eos sint magnæ atque frequentes; cùm apud extremos, in frigore vel calore major æqualitas inveniatur. Porrò autem temperamenti laudem, Asiaticis Hippocrates largitur, *d. aer. & loc.* ac longè pulchriora & majora omnia in Asiâ nasci, eamque Regionem Græciâ multò mansuetiorem, hominum mores, benigniores & cultiores esse, ait. Causam verò hujus rei temperatam misturam esse censet; siquidem in medio Solis exortu, sita sit ad auroram, remota ab omni caliditate & frigiditate. Et paulò post: eam regionem proxumè accedere ad temperaturam optimæ cõstitutionis; at virilitatem, tolerantiam laboris, acaudaciam, non huic naturæ innasci, &c. Magis ergò Aristoteles collimat, qui hanc prærogativam suis Græcis adscribit; belli insuper gloriâ qui excelluerunt. Licet Cic. & Vitruvius, postque eos Cœlius Rhodig. 18. *c.* 20. Italis eam assignet: & hinc utrique suo temperamento, suique Cœli beneficio, & libertatem suam tutati constantissimè sunt, & Reipubl. gerendæ peritiam insignem habuerunt; fines etiam Imperii produxerunt & amplificârunt; quin Græci totum subjugare potuissent Orbem, nisi in tot Respublicas fuissent scissi, adeoque maluissent uni alicui generali capiti parere, & unâ omnes Reipublic. formâ uti: quæque enim Urbes, ferè suo vivebant more modoque, & aliæ atque aliæ Urbes, aliam atque aliam Reipublicæ formam sectabantur. Cautiores fuêre Græcis Romani, quorum Imperium etsi multarum erat provinciarum; tamen quia una Urbs Princeps erat, undè in alia omnia regimen, ut loquitur Tacitus; factum est, ut essent omnium rerum domini, adeoque Roma caput fieret Orbis. Sed omnibus hisce, tempera-

menti quoad bonitatem, litem movet Cominæus: *lib. 4. cap. 6. fol. 306. &c.* qui eo nomine omnibus aliis Galliam præfert.

5. Qui sub iisdem habitant climatibus, eandem semper altitudinem Poli, eundem stellarum ortum & occasum, eandem dierum quantitatem; simul æstatem & hyemem habent: quæ tamen omnia sub diversis Meridiani medietatibus ita mutãtur; ut cùm his Meridies, illis qui ex opposito media nox; cùmque his sol Orientalis, illis sit in Occidente. Attamen æquè ferè ac latitudo, ita quoque mundi latitudo varietatem maximam inducit, & sub eodẽ climate, magna diversitas caloris & frigoris, humiditatis siccitatisq;, & aliarum similium rerum invenitur. Id quod unico tantùm, eoque sat illustri exemplo demonstrabo. Ad promontorium Bonæ Spei, incolæ nigerrimi sunt: & causam nigredinis hujus, calorem propinquitatemque solis omnes esse opinantur. Atqui cur magis hîc torreat Sol (si Cœli respectu loci calorem metiri velimus) quàm ad Magellanicum fretum, ubi candidissimi esse perhibentur. Quod si hanc nigredinem Solis adustioni tribuere velimus: videndum undè Hispanis Italisque ille corporum candor: cùm æquè distent ab Æquinoctiali cum dictis Bonæ Spei incolis, hi scilicet versus Austrum, illi verò Boream versus. Qui sub Presbytero Johanne degunt, subfusci sunt: in Zeilan & Malabar habitantes nigerrimi existunt, sub unâ eâdemque distantiâ ab Æquatore, eodemque cœli parallelo. Sed hoc mirari magis quis possit, Brasilienses sub eâdem cum Æthiopibus latitudine albos esse, quin imò in totâ Americâ nusquàm præter paucos (in loco Quarecâ illis dicto) nigros inveniri.

Otho Gualterius *in Sylloge Soc. exoticar. Nov. Test. Act. cap. 8. fol. 330.*

Quæ

Quæ ejus coloris efficiens cauſſa, cœli ne ariditas aut verò terræ? aut quædam forſan incognita proprietas ſoli, an ipſorum hominum naturæ ratio quædam innata? Alii cenſent, Deum ad inobedientiæ, & contemptus Divini indicium Chuſſum atro colore voluiſſe naſci: & nigros quot quot ſunt in orbe, ex Chameſiâ fuiſſe productos, quod tamen Bodino, *cap. 5. meth. hiſtor.* non placet. Sanè utut ſit, ſat evidens hoc quod volumus eſt, ab Occidentalibus Orientales naturâ planè diverſos eſſe. Et ut anteà dictum eſt, progreſſus Imperiorum â Septẽtrione in Meridiem eſſe; ita & hoc curioſi hiſtoriarum adnotavêre indagatores. Populares morbos qui ab Oriente ad Occaſum, aut ab Auſtro ad Arcton progrediuntur, longè lateque graſſari: contrà verò ſi ab Occaſu vel Arcto veniant, nocere minùs, & faciliùs curari. Ammianus Marcellinus teſtatum reliquit, Seleuciâ direptâ & aperto templi adyto quodam, Chaldæorum arcanis concluſo, labem exiluiſſe incurabilium morborum: qui Marci ac Veri Impp. temporibus, ab ipſis Perſarum finibus, aduſq; Rhenum & Gallias, cuncta contagione ac morientium multitudine fœdârint. Non multò pòſt, ab Æthiopiâ verſus Septẽtrionem, univerſum penè terrarum orbem, peſtis illa populavit. Cujus quidem ſat aperta ratio eſt: cùm Auſter humidas Septentrionis regiones afflavit, calore putredinem augente, & in frigido atque craſſiore ſemel incenſo aëre, diutiùs hærente.

Latè hâc de re diſputat Duret. *hiſt. des Langues fol.* 565. *& ſeqq. ac item cap.* 82. *fol.* 949. *&c.*

Richterus axiom. Oeconom. 114.

6. Nec verò eam ſolùm diverſitatem, globi terreni vel latitudo, vel etiam longitudo operatur: ſed & in Climate uno eodemque, & etiam in non multùm diſtantibus locis, notabilem ſubindè

cernere licet variationem. Si quis enim consideret rectè (verba Hippocratis sunt, *in lib. d. aëre & locis*) videbit quorundam naturam; montanis, sylvosis ac asperis locis similem esse: aliorum verò aquosa ac exilia loca referre; sicut quidã pratorũ ac paludũ naturam præ se ferunt, atque alii sunt, à quorum planitiebus nudisq; ac siccis terris constitutio similis existit. *Et ferè in fine libri ejusd.* dicit: Qui altam habitant regionẽ, planam, ventis expositam, & aquosam, eorũ formæ magnæ, ac invicem similes & erectæ: animi quoque eorum existunt mansuetiores. Qui verò macra, aquis carentia, & nuda loca tenent, & quæ temporum mutationibus non sunt permixta; horum formas necesse est esse asperas & vegetas, flavas magis quàm nigras; mores quoque eorum rigidi sunt, pertinaces & contumaces. Ubi enim mutationes temporum contingunt frequentes, & plurimùm inter se diversæ; ibi & formas, & mores, & naturas reperias plurimùm differentes. Et invenias ferè semper formas hominum ac mores, regionis naturæ compares. Quin & omnia quæ è terrâ proveniunt, terræ ipsius naturam resipiunt & sequuntur, &c. Et sic asperi sunt montani, campestres molliores, convalles ferè desidiores sunt. Ac ità de Peruviâ, Petrus Bertius, *in tabul. contract. fol. mihi* 649. scribit: Montes ibi admodùm frigori obnoxios esse, in eisq; frequenter cadere nives, nec arbores ut plurimùm proferre; indeque ignem ex terrâ quâdam ad hoc apta fovere. Porrò inter hosce montes, amplas valles ac profundas reperiri; fertilissimis populoque numerosissimas, cùm aëre calidior fruantur: & quoque incolas vallium illarum, cæteris hujus tractus ingeniosiores, animosiores, ac civilio-

viliores esse. Vide etiam de Valesiâ, quæ una ferè vallis est, montibus altissimis cincta, **Stumpff** *lib.* 11. *cap.* 1. 2. *&* 5. Hæc etiam diversitas efficere videtur, ut apud Asiaticos, non minùs quàm in mediâ Galliâ hyems sæviat. *Bellon. lib.* 2. *observ.* 108. minorque Asiâ, non minùs ipsâ Galliâ frigida existat: *lib.* 3. *cap.* 15. quamvis hæc illâ magis sit Septentrionalis. Sunt & loca alta, frigida plerunque; vel propter radiorum reflexum, vel propter mediæ, frigidæque aeris regionis propinquitatem, ventorumq; intempestatem. *Acosta. histoir. naturelle des Indes lib.* 2. *cap.* 12. *& lib.* 3. *cap.* 9. *Add. l' histoir. des troubles, tant en France, qu' en Flandr. de Popelliniere. lib.* 5. *f. m.* 161. *b. & seq. Bellon. observat. lib.* 3. *cap.* 41. *quos omninò vide.* Ita Cretæ montes, propter celsitudinem, hyeme totâ operiuntur nive: *Bellon.* 1. *cap.* 5. & in Idâ monte, aëris intemperies adeò magna est, ut in ipsis Caniculæ ardoribus, etiam meridie, ac nullo quoque spirante vẽto, ingens sentiatur frig⁹, *Idem. lib. eod. c.* 16. *& seq.* Etiam altissimum montis Ahou jugum, propter altitudinem summam, frigidissimam auram habet, quæ diu perferri nequit; perpetuâ ferè tegitur nive, quæque permanet usque in æstatem: pars porrò ejusdem obversa Septentrioni (in quâ etiam nix diutissimè permanet, antequàm dissolvatur,) uberior atque magis abundans arboribus est; quæ verò meridiem spectat, arida est, sterilis, nullasque arbores habet. *Bellon.* 1. *cap.* 45. Nives etiam perpetuas ferè, Pyrenæi & Apenninus habent. Et ut montes frigidi magis sunt, ita monticolæ quoque ad robur & fortitudinem Septentrionalium, etiam in locis meridionalibus ferè accedunt. Sicque præcipui Regis Turcici Duces, ex Albaniæ montanis sunt oriundi: *Soranz.* 1. *Ottoman. cap.* 11. & semper veræ libertatis hospi-

hoſpitium fuêre mõtes. *Sprechr in proẽm. Palladis Rhætic.* Ac itidem præ planitie præſtãt plerunq; montes: quâ de re ſapienter philoſophatur, magnus Theolog. J. Arnd, mihi in Chriſto patris loco colẽdus, *ad Pſ.* 104. *fol.* 582. *n.* 3. **Die Berge ſeind Gottes Schatzkammern/ darinn allerley Metall durch die Natur bereittet wirdt. Denn ſie ſeind gleich als natürliche Diſtilieröffen/ darinn Gott alle Metalliſche Ding kochet/ ꝛc. Es mieſſen aber die Berg natürlicher weiſe/ hoch über der Erden/ gehn Himmel ſtehn/ weil die natürliche Influentz vnd Einfluß deß Himmels vnd der Sternen/ ſonderlich in den hohen Gebirgen ſein Wirckung hat/ in kochung vnd zeitigung der Metallen. Ja es lehret die Erfahrung/ daß die kräfftigſten Kräutter auff den hohen Gebirgen wachſen/ von wegen der Influentz vnd Einfluß deß Himmels: alſo auch das wann ſolche Kräutter/ von hohen Gebirgen in die Gärten gepflantzet werden/ entgeht jhnen deß Himmels Einfluß/ vnd verliehren jhr Krafft. Dahero kompt es nun/ dz etliche Gebürg wunderlich vnd ſõderliche gewächs bringẽ/ inwendig vnd außwẽdig/ nach dem der Einfluß deß Himmels iſt: vnd iſt gewiß/ wo etwan ein ſonderliche nutzbare Gietigkeit vnd Einfluß deß Himmels iſt/ vnder ſolchem Geſtirn liegt etwan ein ſolcher Berg/ der dieſelb anſich zeicht. Darumb die Berg nicht vngefähr hie vnd dahin zerſtrewet ligen/ wie etwan die Kinder hie vnd dahin Steinhauffen zuſamen tragen: Sondern durch ſonderbare Ordnung vnd Außtheilung Gottes/ ligen die Berg vnder einer gewiſſen Influentz/ vnd wirckũg deß Himels/ ꝛc.** Ac ne longiùs aberrare videamur, quis neſcit Helvetios ab extremis Gotthorum finibus oriundos, moribus, legibus, inſtitutis, Religione, ſtatu differre? nam qui montes inter eos accolunt, aut Rhætorum quoque natio, cæteris habentur

bẽtur ferociores ac bellicoſiores; ſtatu verò magis populari, & licẽtiâ majore fruũtur: cæteri tractabiliores ſunt, ac vitę cultu aliquãto ſplẽdidiores; ariſtocratiã magis quoq; probare, ac licentiã indomitã agreſtiũ hominũ feritati congruentẽ, arctioribus quibuſdam legibus ac Religionum vinculis, conſtringere ſolent. Sic rudes & refractarii Sylvicolæ ſunt, paludicolæ fraudulenti, inconſtantes & ingenio hebetiori. Etjam ut Vitruvius ait; obnoxii morbis: licet aerem Venetum & Paduanum, ſalubriorem eſſe dicant, quã ullibi in Italiâ inveniatur. Venediger Herlichkeit. *fol. m.* 32. Sic & de Phaſidis accolis, Hippocrat. *d. aër. & aquis* ſcribit: Regionem eorum eſſe paluſtrem, calidam, aquoſam, & denſam, imbreſque in eam decidere omnibus temporibus, & magnos & impetuoſos. Hincque Phaſianos eſſe à reliquis hominibus longè diverſos; magnitudine nempè ingenti, ac corpulentiâ valdè excellentes: pallidum tamen præ ſe ferre ſemper colorem, loqui item, ut ſi qui alii hominum, omnium graviſſimè; ob aërem obſcurum, & maxumè humectatum. Etiam aqua ſtrumas gignit quibuſdam in locis. Stumpff/ *lib.* 10. *c.* 20. *ad fin.* Littorales horridi, duri, immanes, invidi & etiam inquieti ſunt. Iiſque naturâ hoc datum eſſe videtur, ut ſemper appetant majora; ob opportunitatem, ut puto, conficiendi, & celeritatem quovis perveniendi. Inſulani, omnium opinione mali ſunt, adeò ut veteri proverbio dicatur: omnes Inſulares beſtiales. Id quod accidere videtur propter fertilitatem, quæ ferè moribus nocet; Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ut Theognis inquit.

Richter. axiom œconom. 169.

Richter. axiom œconom. 232.

7. Ac porrò, ut primæ & ſecundæ à Phyſicis in rebus naturalibus deprehenduntur qualitates; ac

Richter. *axiõ. œconom.* 231. *Marnix reſol. 2. ſect.* 4.

his alias super addunt, specificasque dicunt. Sic & insuper aliæ sunt gentibus proprietates quædam, omninò occultæ : quæ positus varietati minimè adscribi queunt; sed earum causæ, non minùs ac occultarum qualitatum & virium in rebus naturalibus, in obscuro sunt. Et dotes, ac genium, indolem ac mores variorum Europæ Populorum, latè describit, Euphormio Satyricus, in Icone animorum, *cap.* 3. *& seqq. usq; ad cap.* 10. *exclusivè.* Ita Salvianus, *lib.* 7. *d. gubernatione Dei* scribit : Gens Gotthorum perfida, sed pudica; Alanorum (seu Alemannorum) impudica, sed hospitalis est. Saxones crudelitate efferi, sed perfidi minùs; Franci mendaces, sed castitate venerandi. Omnes denique gentes, habent sicut peculiaria mala; ita etiam quædam bona. In Afris penè omnibus, nescio quid non malum. Et ibi Rittershusius, *fol.* 307. *&c.* proprietates nationum modernarum liberè exponit,

Germani ait, bellatores, simplices, benefici sunt.

Ex his autem *Francica* natio, simplicior, & magis rustica, ac vehemens.

Bavarica, sumptuosa, conviviis operâ dans, procax.

Suevica, levis, loquax, glorioſa.

Misnensis, magnifica, locuples, speciosa.

Turingica, diffidens, attenta ad parva quoque, contentiosa.

Saxones, dissimulatores, versuti, contumaces.

Accolæ superioris Rheni, frugi, aperti, hospitales.

Helvetica, conjurata, aspera, armentaria.

Belgica, equestris, delicata, tenera.

Itali, superbi, cupidi vindictæ, ingenioſi.

Hispani, despectores, consulti, rapaces.

Galli, præditi elegantibus corporibus, intemperantes, temerarii.

Cim-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [28] - 24

Cimbri, magni, ſeditioſi, horriblies.
Britanni, turbulenti, negotiatores, laborioſi.
Sarmatæ, edaces, ſuperbi, furaces.
Bohemi, inhumani, novarum rerum ſtudioſi, ad agendas prædas idonei.
Illyrici, ſive *Vãdali*, mobiles, maligni, tumultuatores.
Pannones, aſperi victus, cum ſolo aureo, ſuperſtitioſi.
Græca natio, qualis nunc eſt, miſera.

Eâdem de re, etiam ſequentes verſus Bartaſius habet.

Hebdom. 2. Diei 3. lib. 3. ſive Coloniæ.

Gens vænit *Germana* auro, quæ vivida bellis,
Impatiens *Gallus*, prudens cunctator in armis
Heſperius, *Latiuſq;* furit crudelis in hoſtes.
Gallica *conſiliis* præceps, Hiſpana doloſa eſt,
Cunctatrix Germana, quibus gens Itala prudens.
Tenuiter Heſperius *vivit*, lauteque Latinus,
Regius in victu Gallus, Germanus agreſtis, &c.
Et quæ ibi plura ſequuntur.

Et de ejuſcemodi proprietatibus, in Italis tantùm quas deprehendere licet, Forcianæ agunt quæſtiones, ubi exili codice comprehenſum invenitur:

Quos hominum mores varios, quas denig; mentes
Diverſo profert Itala terra ſolo.

Inibique deprædicantur:

Florentini parci.	Lucenſes elegantes.
Mantuani viles.	Anconitani ſordidi.
Senenſes magnifici.	Mediolanenſes copioſi.
Novocomẽſes luxurioſi.	Vicentini abundantes.
Cremonenſes exquiſiti.	Neapolitani ſplendidi.
Genuenſes modici.	Patavini mediocres.
Aretini tenues.	Veneti obſonãtur parvo.
Papienſes agreſtes.	Bononienſes lauti.
Aſtenſes opipari.	Peruſini delicati.

Sic & in consiliis, dicuntur.

Mediolãenses pręstãtes.	Genuenses gnari.
Veneti prudentes.	Lucenses utiles.
Lucani temerarii.	Volsci maligni.
Pisani inconstantes.	Brutii stupidi.
Placentini providi.	Mutinenses acuti.
Florentini lenti.	Perusini celeres.
Veronenses fideles.	Senenses tardi.
Ferrarienses cauti.	Patavini ambigui.

Quæ certè vel occultam planè, vel non ita propatulam causam habere videntur, & dignam, in quam rerum naturalium civiliumq́; gnarissimi, ingenii nervos intendant. Addi potest Steph. Guazzo, *de civil. conversat. lib.* 1. *ferè circa med.* Canonhiero, *introduzz. alla polit. lib.* 2. *cap.* 5. *& seq. fol.* 144. *usq;* 160.

8. Sed varia hæc varietas locorum hominumatq; rerum, hanc universitatem cõdecorat, pulchriotemque reddit: demonstrat omnium rerum creatarum harmoniam, quodque DEUS mundi Creator omnia fecerit sapienter; hoc est, nihil in hoc mundo conditum sit frustrà, inutiliter nihil. Et ideò prætermittere non possum, quin obiter hîc supinum aliquem, sed tamen communem, eorum redarguam errorem, qui nil nisi quod suum est, pulchrum putant; qui alibi locorum, homines vitam vivere non posse censent: qui quasi suæ glebæ adscripti, haud generoso & verè philosophico animo, veriqueCosmopolitæ, mundum universum animo complectuntur; aut eum nõ undiquâq; habitabilẽ esse vanissimè sibi persuadent. Firmissimè credidit vetustas, tres in Orbe Zonas inhabitabiles esse. *Macrob.* 2. *ad Somn. Scip. cap.* 5. undè Vergil. in Georgicis.

Quinq; tenent Cœlum Zonæ, quarum una coruſco
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni:

Quam

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [30] - 26

Quam circum extremæ, dextrâ lævâq; trahuntur
Cæruleâ glacie concretæ, atq; imbribus atris.

Quod ex Eratosthene Cyrenæo, Virgilium transtuliſſe dicunt. *Hadr. Junius. lib.* 3. *Animadverſ. capit.* 5. Sicque & Ovidius 1. *Metamorph.* canit.

Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu;
Nix tegit altæ duas: totidem inter utramq; locavit,
Temperiemq; dedit, miſtâ cum frigore flammâ.

Ariſtoteles item, 2. *Meteoror. cap.* 5. mediam regionem, quam torridam vocamus Zonam, aſſerit inhabitabilem prorſùs eſſe: quòd calore exuratur propter Solis vicinitatem, quòdque pabulis careat & aquâ. Quam ſententiam & Plinius eſt ſequutus, cùm *lib.* 2. *cap.* 68. ſcribit: Lux media terrarum, quà Solis orbita eſt, exuſta flammis & cremata cominùs vapore torretur: circa quam duæ tantùm inter exuſtam & rigentes temperantur; hæque ipſæ inter ſe non perviæ propter incendium ſideris. Contrariũ planè ſeculi præterit; ſtupẽdæ Hiſpanorũ ac Belgarũ navigationes, & quorundã etiam terreſtres peregrinationes aperuerunt; & eo noſtrum multis nominibus beatius reddiderunt. *Boccalini* 2. *c.* 90. *fol. m.* 398. *& ſeq.* Novi nempè iſtius Orbis longè maximam partem, ac etiam jam antè cogniti mundi eam portionem quę Æquatori ſubſtrata eſt, ac intra utrũq; Tropicũ continetur, frequentiſſimè habitari: quibuſdam etiam in locis pabulis atque aquâ ſupra omnes terrarum Regiones abundare, magnâ etiam ex parte temperatiſſimam eſſe. *Latè ac pluribus Joſeph. Acoſta. hiſt. naturell. des Indes. lib.* 1. *c.* 9. *&* 10. *item lib.* 2. *cap.* 1. *& multis ſeqq.* Congii Regnum ſub ipſâ Zonâ torridâ eſt, & tamen occupat amœniſſimum

Gotardus Arthus *in Hiſtor. Ind. Oriental. cap.* 15.

simum tractum, aëre ultra fidem potiùs quàm modum temperato. Brumæ enim tempore nullum frigus, quod nostrum autumnum excedat, ibi reperias; undè vestimentis quidem ad arcendum frigus nullis indigent, parvo existente discrimine inter hyemem etæstatem. Hyems quidem incipit ibi cum nostro Vere, Æstas verò cùm apud nos hyems ingreditur. Continuæ autem ibi totis quinq; mensibus ab Aprili ad Septembrem usq; pluviæ sunt, aquâ decidente copiosâ, & guttis ad miraculum magnis: quam tamen terra continuo per æstatem calore exsiccata, in principio omnem imbibit, eâ verò repletâ, fluvii mirum in modum aucti, undique se effundũt, & terram adeò irrigant, ut totâ æstate, quâ ne semel quidem pluit, nullâ humectatione indigeat. In causâ sũt Ethesii, qui cùm apud nos æstate, apud ipsos verò hyeme spirent, nubes ad montium cacumina colligunt, undè postmodùm pluviæ indubitatò descendunt. Cæterùm ipsorum æstate, quæ nobis hyems est, spirant venti Ethesiis ex diametro contrarii, qui frigidissimi cùm sint, intensum regionum istarum calorem moderantur, nubes & pluvias ab ipsis depellũt, & adhas regiones perducũt. De Malacâ, cui poli Arctici altitudo, vix duorũ graduũ est, coñemorat Pedro Texieira, *relacion del camino &c. cap.* 1. terram ibi viridem semper & herbosam, ac fertilem esse; aëre item temperato, salutariq́ue gaudere. Terram quod attinet polarem, nec eam habitatoribus vacuam esse, probabile mihi videtur: equidem falluntur cum Helisco Röslino qui existimant, terrã quò magis ad polum vergit, eò esse calidiorem æstate: cùm quippè experientia testetur, Solem radiis obliquis nil incendere, sed directis. *vid M. Henric. Hudsoni*

Hudſoni Angl. deſcript detectionis freti. fol. 2. Nihilominùs notatu dignum eſſe videtur, quod de Irlandiâ Richard. Stanihurſtus, ſcribit: *lib.* 1. *de reb. Hibernic. fol. m.* 16. Quidam ſuſpicati ſunt, Hiberniæ notionem indè fuiſſe derivatam, quòd aquæ ibi, hybernis temporibus vehementiſſimâ frigorum magnitudine, conglacient. Quod certò ſcio, aliter eſſe. Habet ea Inſula aërem mirificè temperatum, uſque eò, ut multos annos liceat in Hiberniâ hybernare, & in plerisq; partibus vix aliquam glaciem, per totam hyemem, conſpicias. Aqua enim pluvia ibi frequẽtiùs abundat, non ea tamen, ex quâ multùm detrimenti incolæ capiant. Atque hic falſus rumor, Claudianum, auctorem aliàs optimum, in fraudem, ut veriſimile eſt, impulit, cùm inquit:

Scotorum cumulos flevit glacialis Hiberna.

Ac ſub polis quoque terram firmam eſſe, Acoſta etiã probat. *lib.* 1. *cap.* 6. *hiſt. naturell. des Indes.*

9. Seminum verò commiſtiones, ex populorum migratione, belliſque promiſcuis profectæ; ſtupendam in gentibus effecêre converſionem. *Canonhiero tract. dell. infelicit. d. letterat. & guerr. fol.* 30. *&c.* Germanos corporis olim proceritate admirandos fuiſſe, paſſim in hiſtoriis legimus, plerique ſaturâ ſex pedes excedebant; cùm apud Romanos legendo tyroni, quinque & ſemis ſufficiebant. *vid Freher. ad Petr. de Andlo,* 1. *cap.* 15. *fol.* 69. A Gallis Italos, ob corporis brevitatem ludibrio habitos, rerum veterum monumentis edocemur; inter quos modò parùm diſcrepat, aut nihil. Neque etiam Germanos, & ulteriùs ad polum populos, eam crinium flavitiem, cærulea illa & cæſia lumina, quorum paſſim ſcriptores meminerunt, *vid. Willichium ad Tacit. d. German. c.* 7.

reti-

retinere videmus. Illam proindè ſententiam amplectimur: niſi gentes miscerentur (& ratio educationis victuſque non mutaretur) peculiarem ſingulos differentiam habituros, & quemlibet vel facie, propriam nationem repræſentaturum.

10. Prætereà non pro locorum tantùm ſitu, vocabula rerum, habituſque populorum, & mores eorum, animorumque inclinationes: ſed literarum, armorumque ſtudia, ſingulis inſuper ætatibus variantur. Nam omnia ſecula genium habent; qui mortalium animos in certa ſtudia inflectere ſolet. Imò ipſam loci naturam commutat tempus. Quędam ætates præcipuè armis exercitæ; mox omnia in quietem compoſita; tùm Regnorum tùm Rerũpublicarũ in populis amor; nũc veluti in barbariem homines naſci; deindè facilioribus animis mãſueſcere, & poſt ſæcula aliquot ad ſtipatum primâ caligine ingenium redire. Ita ſæpius Orbis, cultis hominum moribus enituit, ſubſidenſq; deindè induſtria, velut quâdam nube, ſubducta eſt. Sic bellorum gerendorum ratio non ſemel immutata fuit. Ante annum M. CCCC. XCIII. quo tempore ambitio atque error extremus Ducis Ludovici, ad ruinam Italiæ viam aperuerunt; rationes belli gerendi, diverſiſſimæ erant ab iis, quas pòſt amplectebãtur; oppugnationes item Urbium, prælia, velitationes â præſentibus differentes, & penè erant incruentæ: adeò ut ei, qui ſtatum aliquem obtinebat, difficulter is potuerit aufferri. Deindè verò eò deventum eſt, ut qui in campo ſuperior erat, idem belli ſimul univerſi victoriam unico quaſi impetu reportaret. Quod ſi uterque exercitus in campum prodiiſſet, confeſtim & ſine morâ longiore, juſto prælio decertabant,

Icon Animorum Euphormionis. *cap.* 2.

Guicciardin. Hypomnes. Polit. 86.

tabant, & de ſummâ belli decernebant. Sic ſine cæde & ſanguine, & ne haſtâ quidem fractâ, Regnum Neapolitanum & Ducatum Mediolanenſem, occupatum legimus à Carolo 8. Galliarum Rege. Proſper Columna, primus omnium diverſam belli gerendi rationem commonſtravit, qui occupatis Civitatibus, impetum illius, quim campeſtri pugnâ ſuperior eſſe poterat, retudit. Quod tamen non ita feliciter obtinebit ille, qui de Civium favore & benevolentiâ, certum quid polliceri ſibi non poſſit; prout ille Mediolanenſium animos, à Gallis ad ſe noverat inclinantes. Sic & tandem eminentiſſima cujuſque Profeſſionis Ingenia, arctiſſimis temporum clauſtris circundata ſunt; ut Vellejus Paterculus ait. *libr.* 1. *hiſtor. propè finem*.

10. Sed omnia, hactenùs quæ dicta ſunt, id tantummodò volunt; à naturâ quidem regi mores, non tamen quaſi penicillo depictos. Quin & naturâ (quæ ubique una mater eſt) boni viri omni in loco naſci poſſunt: ut & de Principe Lampridius dicit, *in Alex. Severo, fol. m.* 223. Ac ſi quam pravitatem natale ſolum, regionumvè aut nationum varietas implantat (ferè etenim ut ſingulis hominibus; ita & ſingulis nationibus ſua quædam vitia ſunt, de quibus vulgus quoq; ſua proverbia habet. *vid. etiam quæ dixi ſuprà num.* 7.) decet ut illa flectatur, temperetur, & corrigatur; virtutes verò, ſeu ad eam propenſiones excitentur, & roborentur: quod monitum eſt Dn. Joachimi Cluten, amici mei, minimè negligendum, *in faſcicul. Paradox. theſ.* 17. Inſuper mortalibus ſingulis præter indolem patriæ ſuæ, adhûc proprium aliquid Natura conceſſit; ac etiam miraculo ingenti, hominum unicuique ſua invenit lineamenta,

Icon Euphorm. *cap* 10

diverſiſq; partibus corporis, ac manibus cumprimis impreſſit. Et hinc tam mirabilem ludum, tot hominum adfectibus, animiſque variatum; haut quis faciliùs cogitando aſſequetur, quàm corporũ omniũ ſpecies atque formas, ſuis tabulis expreſſerit pictor. Undè nec de decori ſũt ſingulis, coñunia vitia nationis. Si etenim Natura mortaliũ tàm cõditis moribus nihil finxit, in quo nõ aliquid deſideres, velut ultimã artificis manum; cujus ſupercilii eſſet, totas provincias publico fato velle eripere, & indignari ſe ubi peccatur, id eſt inter homines, natum eſſe? Faceſſat in omnibus ſuæ gentis præceps favor, ſimulque cæterarum averſatrix invidia. Et noſtra vitia fideliter agnoſcamus, & virtutes in aliis nos delectent. Omnes gẽtes, ut jam retuli ex Salviano, ſicut peculiaria mala, ita etiam quædam bona habent. Hûcque ſpectat judicium Camerarii, verè prudentiſſimi Viri, *in Ethicâ Arithmologiâ*, ubi ait: Scitum eſſe putatur, ſua vitia, quibus aliquis laborat non ignorare, & nulla gens, aut civilis congregatio, neque omninò genus mortale reperitur inculpatũ penitùs aut incontaminatum. Nec ideò indignum docto ac bono ducendum eſt, inquirere in nationum mores; ut perſpiciens quis ignominiam gentis ſuæ, aut lætetur ſentiens ſe eâ carere, aut conetur illam deformitatem, tanquàm â naturâ ſibi attributam, exercitationis quaſi comptu occultare, & futilitatem contentione virtutis detergere. Ac veteres quidem, veluti domeſtica probra annotaverunt trium præcipuarum gentium; Thracum barbariæ, Phrygum inſipientiæ, Græcorum ſuperſtitionis: nihilominùs tamen & Thraces ut fortes, & tanquàm intelligentes Phryges, & ſapientes Græci in admiratione fuerunt. Socra-

Icon. *cap.* 2. *ſ. m.* 60.

tem

tem autem Zopyrus, ex facie de ipsius naturâ judicium faciens, & multa atrocia ad præsentes de illo dicens, non commovit; sed veræ indicationis testem esse illi haud piguit: inquientem, ea quæ dicta essent incommoda, naturæ quodammodò suæ esse implicita; seipsum verò exercitatione honesti, illa emendavisse. In humanâ igitur natura, ut dictum est, quod omninò inculpatum sit; non inest. Divinum enim hoc erat: et hæc vita aliis noxam ante alios fert. Omniumque quæ extiterunt, sine crimine & reprehensione nihil est. Is verò optimus, qui bonitate consilii, celeriter vincit adoriens se quasi, germen adgnatum mali, ne omninò pravitatis ditioni oppressus subjiciatur. Hactenùs ille. Universalibus sanè causis, cœlique & naturæ inclinationi, etiam speciali; ad mores ubi virtutes inseruntur, tantùm virium nunquàm tribuendum est; quin cum Platone, summisque Philosophis aliis, potiores partes institutioni reservemus atque disciplinæ: specialior ea causa est, virtutumque ac vitiorum propinquum magis instrumentum. Sed & hoc notatu dignum puto, populos mediæ naturæ, maxumè institutione egere, maxumè etiam credere bonæ institutioni. *Piccolomin. Ethic. grad.* 10. *cap.* 31. *quem vide.* Sed & è contrà, Educationis propter depravationem, aliisque de causis; naturales Nationum virtutes, in contraria degenerare vitia experimur. *vid. Sibyllam Trigandrianam Kornmanni cap.* 63. Hinc in provinciis, Regnisque plurimis, ingenii cultus Barbariei, Barbaries eruditioni successit. Tota Sarmatia, non multis ab hinc seculis, instar conterminæ Scythiæ, equinis carnibus, & in plaustris domibusque ambulatoriis vivebat; penitusque barbara carebat, quibus nunc

abundare videtur luminibus Ingeniorum. Contemplari lubet Germaniam qualis nunc est: nuper illiterata & intractabilis quæ fuit, *v. Cluverium*, 1. *antiq. German. capit.* 12. antiquitùs latrociniis dedita, tristis aspectu, horrida & inaccessa quæ extitit; nunc in eam, pristinæ si quid adhûc virtutis in mundo fuit reliquum, trasvolâsse attestatur Machiavellus. 1. *de Repubi. cap.* 55. Eique inter reliquas Europæ provincias, jure merito Principatum tribuit Illustrissimus Würtemberg. &c. Dux Fridericus Achilles, in Consultatione hâc de re institutâ, admodùm eleganti, & jucundâ eruditissimâque varietate refertâ. Subjungatur Scaliger *exerc.* 99. *d. subtil.* ubi Europam & Germaniam inprimis, aliis regionibus omnibus ferè, præfert. Quam eandem propter causam, Philippus olim Beroaldus, cùm in calumniam raperetur, quòd Maximilianum primum, Germanorum non verò Romanorum indigitâsset Imperatorem, ità respondit: Censeo honorificentius esse Imperatorem Germanorum quàm Romanorum, cùm hoc seculo Romana nobilitas decoxerit, fece & quisquilio superstitibus; Germania verò sit viris, opibus, ac magnitudine florentissima. Præterea vocare regem Romanorum eum, qui Germanis imperet, credidi convenire ambitiosis, non simplicibus scriptoribus. Habeo quoque persuasissimum, sacratissimum Maximilianum, non minùs libenter audire, ut Germanorum dicatur Imperator, quàm Rex Romanorum: cùm alterum reipsâ fulciatur, alterum titulo tenus blandiatur. At verò Machiavellus, eas addit suæ assertioni rationes, quæ nunc cessant prorsùs: ita ut quis ominari possit, abitum parare virtutem, cujus nomine Germanos laudat vir ille perspicacis-

Refert Irenicus rerũ German. *lib.* 3. *cap.* 27.

caciſſimus. Prudenter Euphormio in Icon. *cap.* 2. *fol.* 61. *&c.* Aſiæ, ait, Africæque, ſub Barbaris Imperiis caſus, & Græcorum Thracumque calamitas, præcipua humanitatis commercia in ultimam Europam coegit; ut tot cladibus â barbaris domiti, & veluti feliciori parte execti, noſtras vires poſſemus recognoſcere, aut timere alienas. Nos verò ad malorum omnium ſenſus peſtifero ſopore torpentes, nec divinam vim horruimus, ac ne in barbararum quidem gentium minas, tot provinciarum quæ reſtabant, valiturum citavimus robur. Etiam omni diſcordiarum genere laceravimas noſtras opes, indigno prorſus facinore; ut quod uni corpori vix ſat erat, bellis odiiſque in diverſa diſcederet. *Adde etiam eund. Euphorm. Icon. c. 5. f.* 142. *& ſeqq. ubi de Germaniâ judicat liberrimè.* Et habemus certè exempla populorum, in pejus qui degeneravêre, obvia ubivis. Natio Judæorum, populus liberrimus olim, â Cicerone vocatur ſervituti nata. Qui quondam militari in re, & omnibus civilibus excelluêre artibus Græci, animo nunc & corpore, ſocorditer torpent: & quos ſolos Barbaris dominari debere, cenſuit Ariſtoteles. 7. *Politic.* 7. noſtro jam tempore Barbaris turpem ſervitutem ſerviunt. Olim ab Athenienſibus legum exemplum acceperunt Romani; poſtrerum mutatâ vice, à Romanis Græci. *Emund. Merillius. obſervat. lib.* 2. *capit.* 10. At vero illud ipſum Janitſerorum agmen jure terror Orbis, Græcorum aliorumque Chriſtianorum ſoboles; non ex agris ſolùm, ſed penè dicam haris collectum, & mapalibus paſtorum, aliâ diſciplinâ educatum, milites ſuppeditat Turcarum Imperatori fortiſſimos: ipſis etiam Turcarum liberis, omnium judicio præſtantiores. Quam in rem ex

Augerii Busbequii *de re militar. contra Turc. instituend. consil.* historiam scitu dignam referre lubet; qui *folio mihi* 182. ita scribit: Fiebat nonnunquàm, ut cùm animi causâ de fenestrâ in publicum prospicerē, assidentes Turcæ quosdam mihi cōmonstrarent, quos propter armorum usum, tyronibus instituendis præfectos dicerent. Rogabam quâ gente, aut quâ natione essent oriundi. Nam qui inter eos armorum opinione tantoperè excellerent, nescio quos Parthos, Bactrianos aut Massagetas cogitatione mihi fingebam. Sed audiebam hunc esse Hungarum, illum Croatam, tertium Germanum, mirabar equidem: vertuntamen hanc tantam præstantiam, ex usu armorum, quæ apud nos tractâssent, quòd nobili loco nati, quòd liberaliter instituti, quòd militâssent, proficisci suspicabar. Pergebam quærere num scirent, quem illi apud nos locum tenuissent, quod vé genus vitæ secuti fuissent: illi cùm aliquantisper cogitâssent, in memoriam venire sibi ajebant; hunc solitum dicere, se nescio cujus coqui fuisse puerum, alterum se vitæ monasticæ initiatum, illum verò cauponi promendo vino locâsse operas. Eosque belli, vel induciarum tempore, interceptos, atque in reliquâ prædâ, Constantinopolim perductos, in istius vel illius Bassæ familiam perveniisse. Hîc ego etiam magis admirans, & quînam, inquam, fieri potuit, ut isti evaderent in tantos bellatores? commemorabant Dominos quibus illi obtigissent, domi habuisse viros insignes, magistros armorum, magno judicio scientiâque rei bellicæ præditos, quibus (cùm eos tùm ex corporis tùm ex animi signis, dignos judicâssent quibus operam impenderent) in disciplinam traditi essent. Sub quibus brevi tempore tantùm profeciissent, ut

omnes

omnes æquales ſuperârent, & non obſcuram futuræ virtutis ſpem de ſe darent. Secuta deindè fuiſſe bella, in quibus navatâ ſtrenuè operâ eximiæ fortitudinis, ab omnibus laudem, ac teſtimonium reportaſſent; hinc ad tantam auctoritatem perveniſſe. Tam verũ eſt, quod quidam dicere ſolent; omnia ab uſu & inſtitutione depẽdere. Romani, qui Græcis in Imperio ſucceſſêre mundi, multam jam olim metamorphoſim paſſi fuerunt. Quæ gens, aut in agendo aut in patiendo fortior? quæ ſervitutis jugo ſolutior? ſervi nihilominùs repentè facti, & ſervituti aſſuefacti ſũt; uſque adeò, ut Tiberium Imperatorem, tam projectæ ſervientium patientiæ tæduerit, & quoties Curiâ egrederetur dixerit: O homines ad ſervitutem paratos! Hos itidem Heliogabalus, Togata Mancipia appellavit, veluti qui priſtinę dignitatis præter Togã, nil retinerent. Reipublicæ etiam inſtitutio aliquid heîc operatur. Ubi non in ſuâ poteſtate homines vivunt, neque ſui juris ſunt, ſed Dominis ſubjecti; ibi, ut Hippocrates, *d. aër. & locis.* judicat, non multùm curioſi ſunt, quo modo ſe ad bellum adparent: imò magis hoc curant, ut ne bellicoſi videantur, &c. Et pòſt: Bellicoſiores Aſianis Europæi ſunt, non ob cæli ſolùm rationem, ſed & propter leges: non enim Regibus obediunt.

11. Habent pariter etiam litteræ, ut & Imperia ſua fata: Chaldæi, Perſæ, Græci, Latini, ex ordine Imperia obtinuêre, & litteras excoluêre. His Arabes ſucceſſêre: de quibus, epiſt. ad Stephanũ Ubertum. *in opuſculis. fol. m.* 410. ita Joſeph. Scaliger ſcribit. Olim optimæ artes in illâ gente floruerunt, cùm rerum in Hiſpaniâ potiretur, & opes ſuas in totâ Africâ ſtabiliviſſet; tunc enim diſcendis liberalibus diſciplinis,

plinis, Gymnasia cum opimis reditibus liberalitate Regum, tàm in Hispaniâ, quàm in Urbe Macrocensi instituta, & honoraria annua Doctoribus, ac Magistris attributa. Scis adhûc Collegia Maroci extare, sed reditibus suis nuda fuerũt, postquã artes bonæ in illâ gẽte frigere cœperũt: quod malũ jam etiã (heu seculi infamia) inter nos glisscere incipit. Florentibus igitur Arabum rebus, tunc summa meliorum literarum imperitia, in totâ Ecclesiâ Latinâ erat; quùm bonæ disciplinæ inter Muhamedanos maximè vigerent. Et profectò quicquid Latini scripserunt, postquàm illos insciticæ suæ monuit Arabum industria, id totum Arabibus acceptum debent; Philosophiam, Medicinam, & Mathematicam. Nam nullum Græcum scriptorem habuerunt, quem non in Arabicam linguam priùs, deindè ex Arabicâ in Latinam translatum legerint. Ptolomæi magnam Syntaxim, priùs ex Græcâ Arabicam, ex Arabicâ Latinam factam, tractare cæperunt. Sic Euclides priùs Arabicè, deindè Latinè conversus, tandiù inter nos obtinuit; donec captâ Constantinopoli, exules Græci nos docuerunt, relictis lacunis ad ipsos fontes nos convertere. Arabibus succesśre Europæi, & hos quinam sint excepturi, norunt ii, quibus Fati Tabulæ non sunt occlusæ.

v. meum Discurs. de Saracenis, ad fin.

12. De Linguarum immutatione, multa dici possent; lubet mihi rem altiùs scrutari, & primò quidem elegantem hanc discutere quæstionem, An certa quædam Lingua ita homini sit innata; ut si nõ usu disceret maternam, illâ Naturali loqueretur? *vid. Platon. in Cratylo.* Sanè in eâ olim opinione Ægyptii atque Phryges fuerunt, qui cùm noscere vellent, qui nam primi hominum extitissent; pueros duos recens

recens natos, paſtori tradiderunt inter pecora educandos, jubentes neminem coram eis vocem ullam edere: nempè ut quæ vox prima ex his pueris erumperet, ubi inarticulatè vagire deſiiſſent, hanc dirimeret litem. Et quidem bimatus exacto tempore, infantes *Beccos* identidem clamare incœperunt: quo modo Phryges tunc panem appellabant. *Herodot. lib. 2. âprincip.* Quod ſi verum eſt, id Goropii firmare poſſet opinationem, qui Celticam ſeu Theutonicam Linguam, ipſâ Hebræâ vetuſtiorem eſſe putabat. *vid. Vander-Mylium de Linguâ Belgicâ cap.* 20. *Becco* enim Celticum eſt, undè & nos adhûc dicimus **Beck**/propiſtore. Et Germani Phrygiam olim inhabitaverunt, *vid. Rein. Reinec.* **von der Meißner anfänglichem Herkommen.** *fol.* 26. acitem πὺϱ, Phrygum verbum eſt, teſte Cratylo Platonis, & nil aliud eſt quàm noſtrum **Fewr**: π. enim raphatum, eſt noſtrum f. Annè forſan probabilis eſt ſententia Laurentii Jouberti, qui *in tract. ſing. Quel Langage parleroit un enfãt, qui n' auroit jamais ouy parler*, putat; linguas auditu tantùm uſuque diſci: & ſic naturâ ſurdum, neceſſariò quoque mutum; ac etiam infantes inter mutos educatos, vel geſtibus animi ſenſa demõſtraturos, vel novam aliquam linguam inventuros eſſe. *adde Pedro Mexia. lib.* 1. *c.* 25. *Claude Duret. hiſt. des Langu.* 1. *cap.* 1. Ac ſi certa quædã lingua eſſet naturalis, eam faciliùs addiſceremus. Quâ de re Auguſtinus. 1. *Confeſſ. cap.* 8. ſic ſcribit: Non enim docebant me majores homines, præbentes mihi verba certo aliquo ordine doctrinæ, ſicut paulò pòſt literas; ſed ego ipſe mẽte quã de diſti mihi Deus meus, cùm gemitibus & vocib⁹ variiſque membrorum motibus edere vellem ſenſa cordis mei, ut voluntati pareretur, nec valerem quæ volebam

lebã omnia, nec quibus volebã omnibus prẽsãbã memoriâ, cùm ipsi appellabant rem aliquã: et cùm secũdùm eam vocẽ, corpus ad aliquid movebãt, videbam & tenebã hoc ab eis vocari rem illam, quod sonabãt, cùm eam vellent ostendere. Hoc autem eos velle ex motu corporis aperiebatur, tanquàm verbis naturalibus omnium gentium, quæ fiunt vultu & nutu oculorum, cæterorumque membrorum; actu & sonitu vocis indicante affectionem animi, in petendis, habendis, rejiciendis, fugiendisve rebus. Ita verba in variis sententiis, locis suis posita, & crebrò audita, quarum rerum signa essent, paulatim colligebam, measq; jam voluntates, edomito in eis signis ore, per hæc enunciabam.

13. Lingua Hebræa, ut & omnes Orientales, Occidentalib. difficiles admodùm videntur; cùm ex regulis aliis constent, & à nostratibus toto quasi cœlo distare vidãtur. Undè Div. Hieron. *in præfat. Daniel.* scribit: Ego adulescens, post Quintiliani & Tulii lectionem, ac flores Rhetoricos, cùm me in linguæ hujus pistrinum reclusissem, & multo sudore, multoq; tẽpore, vix cæpissem anhelãtia, stridẽtiaq; verba resonare, & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, impegi noviss̃imè in Danielem, &c. Erat quoque lingua Syra, sive Hebræa, magno in contẽptu apud Romanos: indè Div. Chrysostomus, de S. Paulo loquens; 2. *ad Timoth. c. 2. homil.* 5. Hebræam tantùm noverat, linguam, quæ cùm cæteris, tum Romanis maxumè, despectui erat. Neq; enim aut Barbaram, aut Græcam, aut etiã aliam quamlibet, ita ut Syram oderant Linguam. Est autem huic illa finitima, &c. Et tamen Hebræa, antiquissima linguarum, ac omnium prima est: hancque eam

tam meritò reputamus, de quâ ſcriptum eſt, Geneſ. *cap.* 11. *verſ.* 6. & 9. Sola hæc ex ſanctis reliquiis eſt, quas ex Paradiſo, ut minimùm corruptas habemus; in quâ proindè ſapientiam magnam, myſteria maxuma abſcondita eſſe, nemo negare poteſt. Cujus rei argumento mihi inevincibili eſt, quod reliquas omnes, regularitate vincit: & ſi quas â communibus regulis exceptiones habet (putà propter gutturales. & cùm litteris quę radici accedunt, vocabula creſcũt) eæ quàm maxumè regulares, & neceſſariæ videntur. Porrò etiam impoſſibile omninò eſt, ut caſu emanata ſiet lingua, quæ certas habeat radices, quodque nulla ejuſmodi radix, non tribus literis conſtet: ſicque, ut omnia tàm in magno quàm parvo mundo, myſterium Trinitatis, manifeſtò præ ſe ferat. Inſuper radices illæ, omnes ſunt verba, ſignificantia actionem vel paſſionem, aut analogon quid; ex iiſque omnes reliquæ voces, tam nomina, quàm aliarum partium orationis, deſcendunt. Omnia inibi vocabula ea (pro ut certè decet) proveniunt ex verbis: verba ſunt orationis fundamenta, ex iisque nomina ſecundum rectam rationem progiguntur; nempe ut ex actione, energiâ aliovè affectu, tanquàm effectus. Commendavi alicubi, ſtudium Hebraicæ linguæ, *Polit. lib.* 2. *capit.* 1. *numer.* 20. *verſ.* 2. nec pœnitet adhûc. Non moror eos, qui dicunt Interpretes nos habere: confer unâ omnes, & vide num in uno capite per omnia concordent. Sic nos contra verſionem Latinam, Div. Hieronymo adſcriptam, Catholici contra Lutheri pugnant. Lutherus ſprevit Tigurinam; etiam à Catholicis nonnullis ſummè commendatam. *v. Vindic. Biblior. Tigurin. Joh. Jacobi Huldrici paſſim, & præſertim cap.* 4. viciſſim Marnixius, de Lutheri ad Druſium

Cornel. Agrippa. *d. Vanitat. ſcient. cap.* 2. Aldrete *lib.* 1. *cap.* 34.

sium olim scripsit: Inter omnes autem omnium versiones, ego ingenuò fatebor, mihi visam esse nullam tanto abesse ab Ebraicâ veritate intervallo, atque sit Lutheri versio, ê quâ manavit nostra. Ex vitiosâ Germanicâ, facta vitiosior Belgico-Teutonica. [*Abel. Curiander, in vitâ Drusii, fol.* 13. Hanc quæso, quis dirimet litem, qui in Hebraicis, non Grammaticis solùm; sed omni Israëliticâ antiquitate, haut est enutritus? Vergilius, Ovidius & Terentius, Germanicam induerunt togam; sed quis eos pro genuinis tali in habitu agnoscit; numné quis gloriari potest, se se auctorum illorum mentem perspexisse, qui eos Teutonicè loquenteis legit? Aliud adhûc amplius in Hebraicis latet; nec potest quis gustare Majestatem litterarum Divinarum, qui Grammaticis & Logicis instrumẽtis contentus, non mystica atque Prophetica rimatur: id quod vix fieri potest, sine linguæ illius cognitione. Ad hancce diligentiam Daniel nos invitat, *cap. ult. vers.* 9. & 10. ac quoque Divina Johannis Apocalypsis. *cap.* 13. *vers. fin.* Unicum verbum ὀρθοτομεῖν, falcem Logicam in agrum Theologicum immisit; & duo illa dicta, non potuerũt nobis Cabbalam commendare. Totus mundus hieroglyphica litera est, & liber naturæ; Lex, ejusq; figuræ, Christũ eâdem ratione repræsentant: *Duret. hist. des langues c.* 6. *fol.* 28. *& seq.* id quod Cabbala docet.

14. Multæ sunt adhûc aliæ linguæ, quæ Hebraicæ Dialecti magis, quàm idiomata diversa nominari possunt; Chaldaica nempè, Syriaca, & Arabica: ex temporis decursu, vel aliarum commixtione enatæ. Chaldæa in Babylone puritatem maximã obtinebat, in quâ edoctus Daniel; item & Hezras, in eâ aliquot suorum scriptorum paginas exarârunt.

rârunt. Hanc in Babylone Hebræi didicerunt; hancq; ex captivitate reversi, suæque linguæ obliti, aliquandiù excoluerunt. Ita ut & lingua Chaldaica, tum temporis Hebraica fuerit dicta, quod ab Hebræis frequentaretur. Ante Babylonicam Captivitatem, eam non intellexerunt Israëlitæ; pariter ut nos Saxonicam; Belgicam, aut olim Celticam Arioviſtus Germanus. Qui tamen hanc illi gratiam retulerunt, ut pedetentim fœdiſſimè fuerit corrupta. Hincq; Onkelus & Jonathan Targumiſtæ, minùs quàm Daniel purum idioma habent; quod tamen eâ in parte superat. Chaldaicas Paraphraſes in quinque volumina quæ vocant, in Pſalmos, Proverbia, & Jobum. At verò vulgus Iſraëlitarum reducũ ex Babylonico exilio, multa vocabula Ammonitica, Moabitica, Persica & Græca cùm permiſceret Chaldaicæ linguæ, Hieroſolymitanam conſtituerunt dialectum; quâ ſcriptę ſunt poſteriores in Legẽ Paraphraſes, ut & in librũ Eſther. Eadẽ etiam videtur eſſe dialect⁹, quâ ſcriptũ eſt novũ JESU CHRISTI Teſtamentũ, eamq; Linguã vulgò Syriacam vocant. *Aldrete* 1. *cap.* 33. 37. *& tribus ſeqq.* Atque ex hâc ſuperiorum dialectorum Aramicarum differentiâ, duplex Targum conſtituitur ab Hebræorum Doctoribus; Babylonicum & Hieroſolymitanum. Utrumque videlicet ita vocant, non quòd illud linguâ Babylonicâ cõſcriptum fuerit, hoc verò Hieroſolymitanâ: ſed quòd illud puriore ſtylo conſtet, hoc impuriore. Quo eodem planè reſpectu, Thalmud unum Babylonicum appellatur, quod puro magis ſtylo ſit exaratum: alterum verò Hieroſolymitanum; quod variè commixto. Cui demùm ſupervenit Rabbinica dialectus, omnium gentium linguarum contagione vitiatus.

Bonaventur. Cornel. Bertramus *in præfat. cõparat. Grammatica Hebraic. & Chald. ſeu Arameæ.* Aldrete *cap.* 19. qui idem de Hebraâ, ejuſque dialectis optimè differere videtur. 1. *cap.* 34. *uſq; ad c.* 3. *lib.* 2. *& Vid. c.* 6. *dict. lib.* 3. ac de eâdẽ re, Syriacâ nempè aliisq; linguis Aramæis, vid. præfat. Ioh. Alberti Widmanſtadii *in Novum Syriacum Teſtam.* Ioh. Selden. *de Diis Syrorum. prolegom. c.* 2. Buxtorff *in Gram. Chaldaicâ, & in Lexic. verb.* לעז *Add. Scal. Epiſt. poſth. f. m.* 437. *&c. f.* 452. *&c.*

Aldrete. l. c. 19. ad fin. & 2. c. 8. Arabica itẽ lingua, minùs quàm Syriaca ad primævam ſuã originẽ, hoc eſt Hebraicam, accedit: veteriſq; Ægyptiæ (ut credibile videtur) nonnihil admiſtum habet. Nam & habitatio Arabum ſemper proxima fuit Ægypto, & antiquiſſima illis erant cùm Ægyptiis cõmercia, ab ipſo uſque principio generis ſui: adeoq́ue re ipſâ ab Ægyptiis ſunt oriundi. Matrem quippè eorum Hagaram, cùm Ægyptiam fuiſſe, tùm etiam Iiſmaëli, ſtirpis Arabum authori, Uxorem ex Ægypto accepiſſet, eſtãtur ſacræ literæ. Punica pariliter lingua (Phœnices enim Chananæorum pars erant, indeq́ue oriundi) merè Hebraica non Arabica erat, niſi quod temporis lapſu depravata. Ac etiam Scenæ quædam Penuli Plautinæ, Hebrææ ſunt; ut ex editione Parei, noviſſimâ liquet. Addo quæ Aldrete, *c.* 35. *lib.* 1. *fol.* 136. ex Didaco de Valentia refert: Sicut lingua Gallica & Hiſpana, conveniunt cum Italica ſive Latina, eò quòd deſcendunt ab illâ. Nã Romani cogebãt Hiſpanos, & Gallos, quibus dominabãtur, loqui modo Romano; ex eo etiam, quòd Romani habebant plures colonias in Hiſpaniâ & Galliis, &c. Et ſic tàm Galli, quàm Hiſpani loquuntur Romanum quaſi in quibuſdam literis, & Syllabis; & ſic lingua Hiſpana moderna, nihil aliud eſt, quàm Romana obliquata. Et ideò Hiſpani pro majori parte intelligunt linguam Italicam, & è contrario; quòd iſta deſcendat ab illâ. Et etiam Hiſpani intelligunt linguam Gallicam, eò quòd ambæ deſcendunt & derivantur ab Italicâ & Latinâ. Item ergò pariter eſt dicendum de linguâ Hebraicâ, Syrâ, & Arabicâ. Quippe cùm omnes deſcendant â Chaldaicâ, ut dicit Albumazar, &c. Etiam pro majori parte, vocabula Hebraica non differunt ab Arabicis,

Nicol. Fullerus. *lib.* 3. *miſcel. Theolog. cap.* 20.

Fuller. 4. *cap.* 4. Aldrete. 1. *cap.* 21. & 32. Vãdermilius. *d. ling. Belg. fol.* 16.

bicis, & Chaldæis, nisi mutatis quibusdam literis, aliquandò in principio, aut in fine. Et ideò Judæi faciliter addiscunt Arabicum propter vicinitatem linguæ, &c. Item quia Ismaël filius Abrahæ, & Esau filius Isaac, populaverunt Arabiam: ideò lingua Arabica est ipsi, Hebraicæ vicina, & similis. Et sic lingua Syriaca & Arabica, dicitur Chaldæa alterata, & obliquata: inter quas est tāta vicinitas, ut ait Hieronymus in Prologo Galeato, quòd se ad invicem intelligunt. Ibidem ab Aldrete, *fol.* 137. ex Guidone Fabricio recensetur. Inter omnes hujusmodi linguas, tres potissimùm maximâ in admiratione, summoque in pretio semper habitæ fuerunt; Hebraica, Græca, & Latina: tum quòd in ipsis, tàm divinarum quàm humanarum scientiarum monumenta sunt conservata, & â majoribus ad posteros, veluti per manus trāsmissa; tum etiam quòd gloriosæ crucis Regis Regum ac Domini dominantium JESU CHRISI redemptoris nostri, memorabili titulo honoratæ, eminentem quandam supra alias linguas dignitatem sint consecutæ. Porrò harum unaquæq;, velut arbor quædā, in tres ducta ramos; in tres alias sermonis dialectos diffusa est. Hebraica quidem in Babylonicam sive Chaldaicā, in Syram sivè Hierosolymitanā, & in Arabicam; quam Judæi vocant linguam Ismaël. Græca Jonica vè in Atticam, Doricam, & Æolicam (adderem ego novā Græcā, & alias vicinas) Romana verò, quę & Latina, in Italicam, Hispanicam, & Francicam. Sic in his tribus linguis, ut in pleriſque aliis hujus mundi rebus, quæ vel intelligentiâ percipiuntur, vel sub sensum oculorum cadunt, Divina illa & adoranda TRINITAS, Potentiæ, Sapientiæ, & Bonitatis relucet. Omnes autem simul collectæ, mysticam iterum nobis referunt dodecadem. Proindè in tri-

bus

bus illis potiſſimùm linguis, ter maximus ille ac ter beatus Deus, divinam voluntatem ſuam nobis patefacere voluit, &c. Et Tuſcana Hebrææ vicina fuit, ſi non nos fallit Bernardinus Baldus, *in ſua Divinatione*. Num denique puncta Hebræorũ, ſint litteris recentiora? quædam attigi ego *Polit. lib. 2. cap. 1. n. 20. verſ. 3.* Et Scaliger etiam *in Epiſt. poſtb. fol. m. 484.* ut & Druſius id negat.

Duret. *hiſt. des langues cap. 2. & ſeq.* Deling. matricib. v. Scal. *Opuſc. poſth. Europ. ſing. d. Diatr. ling. fol. m. 119.*

15. Linguarum diverſitatem, ex turris Babylonicæ ædificatione provenire, auctoritas ſacrarum litterarum non ſinit dubitare. Ac porrò etiam pòſt Babylonicam confuſionem, occultâ de cauſſâ, ſive etiam ob multiplices temporum ac regnorum mutationes, populorumque miſtiones, bellorum occaſione potiſſimũ contingentes; uſq; adeò linguæ inter ſe miſtæ, variatæ ac multiplicatæ ſunt: ut propè inter ſpatium centum leucarum, propter innumeras vocum, accentuumque varietates, diverſasque vocabulorum productiones ac contractiones, difficulter ſe invicem homines intelligere poſſint. *Aldrete. l. c. 32.* Ac minimè fuerunt novæillæ, in cãpis Senaar enatæ linguę, Hebraicæ dialecti: & tamen multa cum Hebraicis communia habent. Id quod & Div. Hieronymus obſervavit, & ideò *lib. 3. in cap. 7. Eſaiæ* ita ſcribit. Ut riſum præbeamus Judæis, noſtro quoque ſermone Alma, ſancta dicitur, omniumque penè linguarum verbis utuntur Hebræi, &c. Ibique aliquot exempla adfert. Qualia tamen in Avenarii Lexico Hebræo, Georgii Crucigeri Harmoniâ, Andr. Helvigii originibus Germanicarum dictionum, infinita videre licet; Græca, Germanica, Latina, quæ cum Hebraicis concordant. Sanè non id evenit ex commercio illarum nationum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [50] - 46

tionum cum Hebræis; ut Vander Mylius censet. *d. lingua Belg. cap.* 17. Sed illam Babylonicam confusionem, ferè est ut dicam nil aliud fuisse; quàm litterarum radicalium inversionem, transpositionem, litterevè radicalis additionem, aut ablationem, vocaliumque immutationem, &c. quod si DEO placuerit, in Etymologico Hebræo aliquandò demonstrabo. *Vid. Scaliger. exercit. 259. Sect. 1.*

16. Nunc pressiùs & distinctè magis, indagare atque explicare lubet, linguarum mutationes, post Babylonicam confusionem quæ acciderunt. Et primò quidem natura atque conditio loci, vel regionis variat linguas, diversasque cùm primis efficit dialectos. Septentrionales duriusculè magis, Australes atque Orientales molliùs atque leniter, pronuntiant non solùm verba; sed & voces ipsas ad hanc normã efformare solent. Sic quoque pro aquæ aërisque qualitate, & ex montium soliq; ratione ea variatur: adeò ut in locis non ità dissitis habitantes, discrepantem tamen habeant dialectum. Quod monet Cardanus, qui *lib. d. subtilit. 11. fol. m.* 633. ita scribit: Non est aliud in quo plùs homo ab homine differat, cùm cætera animalia iisdem vocibus, eosdem demonstrent affectus. Solus homo ab homine non plùs intelligitur, quèm â leone hirundo. Quot verò sint discrimina linguarum, explicare numero vix queam. Sunt tamen sex simplicia genera: ab ore, & hiquasi sibilant; â lingua intra dentes, â lingua exerta; tum hæc duplex, ut in labiis, & in palato; â gutture, & â pectore. Licet autem hæc omnia fermè discrimina in Italiâ inspicere: nam Florentini gulâ, Veneti palato, Neapolitani dentibus, Januenses labiis proferunt. In universum lingua quatuor modis simplicibus sermonem edit; acutâ, reflexa, superius, infe-

rius, & libera. Libera lingua est Romana: superius inflectitur Anglicana. Fiunt autem modi compositi quinquaginta sex, quibus additis sex simplicibus, erunt ex prolationis differentiâ sexaginta duo linguarum genera. Sed hæc variantur singula pro nominum ratione; ut homo Latinè, ἄνθρωπος Græcè, hombre Hispanicè, etiamsi nulla esset in prolatione varietas. Quædam etiam est differentia in prolationibus; nam vel idem verbum subjicitur pluribus prolationum generibus, aut quædam iis, quædam aliis: quis igitur infinita genera linguarum esse non noverit? Sunt autem ex his, quæ non facilè nomina jungunt, ut Romana & Hispana. Quædam mirâ fœlicitate utuntur compositis nominibus, ut Græca atque Germanica. Idem *lib. 12. d. Subtilit.* Linguæ, ait, quòd diversæ sunt, & varia genera loquendi, id contingit ex locorum naturâ: quùm Itali vix pectore vocem possint edere, Hebræi facillimè, nec nisi fermè cum quodam sonitu loqui possunt; indè translatæ voces, quùm non propriam assequuntur pronunciationem, degenerant. Sed & vulgus, dùm sine curâ profert illas, vitiat & adulterat: undè linguarum varietas à plebe semper ducit originem, vincente multitudine. Indè in nundinis mistâ colluvie gentium, variarumque linguarum, perpetuò alia nomina surgunt, quibus nascentibus velut etiam hominibus, necesse est illa, quæ horum loco stabant, interire.

Vid. Scaliger. *exerc. contra Cardan.* 259. *sect.* 1. & *seq.*

17. Porrò Secundò tempus ipsum linguas immutat, ipsoque seculi progressu, eæ vel excoluntur & meliores, vel etiam deteriores atque corruptiores quandoque fiunt. *Aldrete d. antiguedad.* 1. *cap.* 20. *Duret. hist. des langues. cap.* 88. Verba valent sicut numi; & verissimũ est quod Horatius, *d. art. Poët. v.* 68. canit:

Mor-

——Mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos & gratia vivax.
Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentq;
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus:
Quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi.

Et sic Polybius, *lib. 3. sect.* 22. scribit: Linguam Romanorum, à fœdere primo; quod mox post exactos Reges cum Carthaginensibus ictum fuit, suo tempore ita fuisse immutatam; ut etiam pertissimi antiquitatum, ægrè nonnulla, etiam ubi animum attenderint, potuerint explanare. Fœdus illud, de quo nobis sermo est, ictum fuit (ut ipse Polybius refert) L. Jun. Bruto, & M. Valerio Coss. duo de triginta annis, ante primam Xerxis in Græciam transfretationem. Polybius autẽ 370. An. pòst, Scipionis Africani, unà cum Panætio Philosopho, præceptor fuit; temporibus Ptolomæi Evergetis. Pariliter etiam Germanica nostra lingua, olim talis fuit, quæ nunc â Germanis Germanissimis planè non intelligatur. Fœderis Ludovici Germaniæ, & Caroli Galliæ Regum, Caroli Magni nepotum, apud Argentoratum anno 842. percussi formulas; ut & versionem vetustissimam, tàm Saxonicã quàm Alemañicã Dom. orat. &c. edidit Freherus. Extat etiã paraphrasis linguâ Francicâ veteri, in Cantica Canticorum Willerami Abbatis, qui claruit sub Henrico III. Anno 1070. Rhythmos quoque composuit Othfridus, Evangeliorum continentes descriptionem; quæ omnia, non exercitatis, antiquitatumque Germanicarum ignaris, æquè ferè ac Æthiopica obscura videntur. E contrà Tusci, regnante Tarquinio Superbo, à Gallis victi, amœnam suam patriam fugientes, in Alpes concesserunt, & suis hisce novis sedibus, Ducis sui Rheti nomen indiderunt:

runt: *Justin. lib.* 20. *propè fin. Plinius. lib.* 3. *cap.* 20. ibiq; eos loca ipsa ita efferârunt, ne quid ex antiquo præter sonum linguæ, nec eum incorruptum retinerent. *Livius lib.* 5. *m. fol.* 138. Stumpfius *lib.* 10. *capit.* 1. censet, linguam illam Tuscorum corruptam, cujus mentionem *dict. loco* Livius facit, seye daß heitige Churwelsch / quam vulgò Romanam vocant; & quæ tam incondita verba sonosque habet, ut ferè litteris exprimi non possit. *Schudi descript. Rhæt. Alpin. cap.* 2. Id quod rectè pernegat Welserus *in Comment. rerum August. Vindelicor.* nam Tusci olim Latinè non loquebantur, & Rheticum nunc idioma, Italici vel Gallici hodierni dialectus est.

18. Tertio, multæ linguæ extinctæ & amissæ planè videntur; cùm nationes devictæ aut pulsę bello, subindè peregrinis vel coloniis locum dare, vel victorum linguam addiscere coacti fuerunt. Hocque modo, olim Græci, non solùm Asiæ minori, Insulisque vicinis; sed & Italiæ, atque Galliæ Narbonensi, artes atque linguam suam intulerunt. Sic & per hunc modum Romani, quorum lingua, territorio satis exiguo continebatur; per Italiam totã, Africam, Galliam, Hispaniam & Britañiam eã extenderunt. *Becman. manuduct. ad ling. Lat. fol.* 29. *Isaac Pontanus, Origin. Francicar. lib.* 6. *capit.* 24. *fol.* 599. Sic quoque Germanica nostra lingua, in Prussiam, Livoniam, & latè per veterem Vandaliam (veteribus colonis unâ cum eorum sermone extinctis) propagata fuit. Ac tandem (4.) usitatissima olim ratio erat, novorum idiomatum producendorum; cùm gens genti commixta, & quælibet suam ex parte mutavit, nec tamen alterius linguam perfectè addiscere quivit. *Bodin. method. hist. cap. ult. fol. m.* 495. Ita

Barba-

Barbarorum incurſio, & coloniæ frequentes, hodiernam progenuerunt vernaculam Græcam: de quâ Bellonus, *lib.* 1. *cap.* 3. Omnes promiſcuè idiomate loquuntur, ex veteri corrupto; ſed alii aliis ornatiore: eorum tamen vocabula majorem habent affinitatem cum legitimo Græco idiomate, quàm Italicæ voces cum Latinis. Sic Anglica lingua, maxumè ad veterem Saxonicam accedit; ſed tamen Francici & vetuſtiſſimi Britannici ſermonis multa habet. *Durct. cap.* 74. *fol.* 873. Hâc etiam occaſione natæ fuêre Gallica, Italica, & Hiſpanica linguæ. Equidem Gallicam, ſeu Francicam quod attinet, ejus nativitatis occaſioni atque modo diutiùs immorari placet. Strabo, qui floruit ſub Auguſto & Tiberio; Gallos negat eſſe dicendos ultrà Barbaros, mutatos jam in Romanum morem & linguâ & vitâ, quoſdam & civili gubernatione. Juvenalis *Satyr.* 15. *verſ.* 28.

Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos.

Illuſtrem hanc, & locupletem maxumè provinciam Imperii Romani, variæ Germanicæ nationes, diverſis temporibus vexarunt; Franci autem (propriis ex origine ſuâ ſedibus, atq; ab ultimis Barbariæ littoribus avulſi. *Panegyr. Conſtant. Magni. latè Rhenan. lib.* 1. *Reinecc. in præfat. Poët. incerti, de vitâ Carol. Magni.*) penitùs eam ſubegerunt, & Romanis ademerunt. Sed cùm regionem hanc latè patentem, Franci nec veteribus ſpoliare colonis, multò minùs novis incolis replere Galliam quirent: in unam unâ cum Gallis coaluerunt gentem; idq; factum auſpiciis Merovæi, qui Gallos & Francos in unum corpus redegit. *Girard.* 1. *hiſt. de France. fol.* 19. & *fol.* 33. Pòſt etiam nomen vetus Gallia amiſit, illudque victoris populi aſſumpſit: *Girard. fol.* 39. & Childericus primus, à Gallis ſimul

Machiavell. *hiſt. Florent. lib.* 1. Pōtanus *orig. Franc. fol.* 600. Hotoman. *Franco. Gall. c.* 2. Iul. Cæſ. Scaliger. *in epiſt. in præfat. in exercit. in theſaur.* 10. *fol. m.* 60.

ac Francis Rex electus; *Girard. fol.* 40. & per Clodoveũ fide Christianâ susceptâ, conjunctio Francorum & Gallorum confirmata: *Girard. fol.* 58. Quemadmodùm item à duobus hisce discrepantibus populis, Regnum unum potens & stabile, de novo constitutum; sic & ex Latinâ Germanicâque, nova Franco-Gallica lingua nata fuit. Franci namque, secus ac putat Bodinus *cap. ulti. method.* Germanicè loquebãtur. *Merula. in præfat. Willerami Rhenan. fol.* 106. (ut & Burgundi. *Rhenan. fol.* 108.) At cùm Galli multitudine Francos, alioſque populos Galliam invadentes superarent, & per totam Galliam hi dispergentur; quamplurimas voces Latinas addidicerunt, sed ad formã & constructionem Germanicæ linguæ connexerunt, atq; pronuntiârũt, Latinamq; dialectũ continuis Germanismis deformatã condiderũt. Indè pro *amavi*, **ich habe geliebt**/ *i'ay aimè* habui amatũ; *que as tu fait*, **was hastu gethan**/ *quid habes tu factum, &c.* dixerũt. Usu cõpertum habemus, quàm inconditè in ore vulgi & illiteratorum Latini termini sonent: idem Francis aliisque, qui Gallias insederunt accidisse, dubio omni caret; & ex eo non Syntaxis tantùm, sed & vocabula quoque eorumque inflexiones, contagium corruptionis contraxerunt. Vicissim à novis suis hospitibus, multas voces assumpserunt Galli, ipsique pariter corruptum illum sermonem Latialem, ut à Frãcis intelligi possent, affectârunt; partionique novi hujus idiomatis opem tulêre (quin & jam ante Barbarorum irruptionem, plebs Gallicana, forsan Latinè minùs purè loquebatur.) Sententiam hance meã firmat, quòd rarenter Franco-Gallica vox reperitur, quæ non etymon Latinum aut Germanicum ostentet. Pleraque descendere primitùs à Latino, & pede-

pedetentim in dies magis â matrice ſuâ receſſiſſe, nemo negare auſit. Vetus Francico-Gallica ſcriptura, huic quoque rei fidem facit; multas namque litteras ea habet, quibus origini latinæ magis quàm pronuntiatio moderna acceſſit: & habeo etiam pro certo, litteras quas quieſcentes vocare licet, olim pariter prolatas, nec à ſcriptione pronunciationē fuiſſe diſcrepantem. Gallorum antiquitas, inquit Joh. Garnerius *in ſuâ Inſt. ling. Gall. cap. d. litteris.* quò ſuorum verborum ſeu dictionum Gallicarum, â Latinâ linguâ deſcendentium originem ſignificaret; multas in ſcribendo literas retinuit, quas tamen in legendo omninò reliquit. Quod tœdioſum valdè moleſtumque fuit lectoribus, &c. Idq; cùm animadvertiſſent moderni (nimirùm Jacobus Sylvius, Ludovicus Meigretius, Jacobus Peleterius, Janus Anthonius Bayfius, & Petrus Ramus.) linguam Gallicam repurgare cupientes, illas omnes ferè quieſcentes literas expunxerunt: adeò ut jam ſcriptura per omnia ferè ipſi pronuntiationi conveniat, &c. Pro antiquo ſcribendi modo, accerrimè pugnat Guilhelmus des Autels; & jure quidem: licet enim lectionem facilioré ita reddant novatores; ad intellectum tamen, iis qui Latinā linguam cognitam habent, id non conducit: ac quoque difficilior fit Gallis, ratio addiſcendi Latina. Tandem exemplo evidenti adprobabo, quondam ſcribendi rationem, cum prolatione planè conveniſſe; & eam quam nunc videmus circa hæc diverſitatem, temporis decurſu fuiſſe introductam. Galli ex *calido chault* fecerunt, quod hodiè *ſcho* proferre ſolent. At verò id vocabulum olim *Kalt* vel *Kault* fuiſſe pronunciatum, ex Hiſtoriâ non injucundâ, quæ extat apud, Goldaſtum *rerum Allemannic. Tom. 1. fol.* 81. pateſcit evidenter. Ekkehardus Eleemoſynarius homi

hominem quendã domeſticum ad hoc deſtinavit, ut ſi quos ei pauperes vel peregrinos diceret, clàm in domo ad hoc decretâ lavaret, raderet, veſtitos reficeret, & noctibus juſſos ut nemini dicerent, â ſe emitteret. Accidit quâdam die, ut ei contractum, Gallum genere, carrucâ advectum, ut ſolebat, committeret. Quem ille groſſum quidem & craſſum, cum toto virtutum anniſu, clauſo ſuper ſe ſolos ut juſſus eſt oſtio, vix in vas lavacri provolveret, maledicens (erat enim iraſcibilis) verê ait, ſimpliciorem quàm Dominum meum hodiè neſcio hominẽ, qui cui benefaciat, diſcernere neſcit; mihi quoque tàm pinguem helluonem dorſo ſuſtollere injunxit. At contractus cùm aqua ſibi lavacri nimis videretur calida, Gallicè ruſticè, *kalt*, *kalt* eſt, ait. At ille quoniam Teutonum linguâ, *frigidum eſt*, ſonat, & ego, inquit, calefacia m: hauſtamque de lebete ferventi lavacro, infundit aquam. At ille cum clamore horrido; Eya mi *Kalt* eſt, *Kalt* eſt, inquit. Enimverò, ait ille, ſi adhûc frigidum eſt, ego hodiè ſi vixero, tibi illud caleficabo, & hauriens adhûc ardentiorem infudit. At ille bullientis aquæ fervorem ferre non ſuſtinens, oblitus contracturæ citus aſſurrexit, lavacro exiluit, ad oſtium recludendum ut fugeret velociter currens, cum peſſulo aliquandiù luctatur. Sed & hominem ubi deceptorem vidit, titionem ardentem ab igne dicto citius rapiens, grandes ſine numero nudo infregit.

19. Nunc farraginem proponam, Gallo-Frãcicarum dictionum, quæ puræ putæ Germanicæ ſũt, nec ipſi Galli undè eas habeant ſciunt; ideoque in Lexicis ſuis, ac alibi paſſim, in illarum etymis indagãdis, vano niſu mirè ſe torquent.

Alc-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [58] - 54

Aleſne, ſubula, **Alen/ Schuchahlen.**

Aller, ire, **Wallen.** Wallus, Gallus, Belgicè **een Wael.**

Amuſer, occupatum eſſe. **vhnmüſſig ſein.** Muß enim otium eſt.

Aſſembler, aggregare, **verſamblen.**

Avanture, Fors, Fortuna, **Abentheür.** & perperàm quidam ſcribunt adventure, quaſi deſcenderet ab advenire.

Aveugle, cæcus, **vhneügl.**

Attrapper, deprehendere, **Erdappen.** Sic *Trape*, **ein Strick oder Schling.**

Bacin vel *Baſſin*, pelvis, **Beckhet.** Sumitur etiam pro galeâ; à ce quil eſtoit fait preſques à la maniere d' un petit baſſin; comme ſe peut voir es anciens ſepulchres.

Bale. follis, pila; **Baal.**

Balle, Faſcis, **Ball/ Baller/ Ballen.** *emballer*, **einpacken:** *emballeur*, **Ballenbinder.**

Ban, proclamatio per præconem. *Cujac. in com. lib.* 1. *Feud. in præfat. appeller à ban, & fiches*, **einen offentlich durch einen Anſchlag** citiren. Similiter & Galli adpellant *les bans*, **die Verkündt: oder Außrüffung der verlobten/ ſo in der Kirch/ ein zeitlang vor der Hochzeit geſchicht.** *Four & moulin banier*, *vel banal*, **verbandt oder verrüffte Mühlen/ oder Bachkuchin/ darein man zumahlen vnd bachen verbannet iſt.** Sic quoque Germani dicunt, **Ain verbantter/ das iſt verrieffi/ vnd verbottner Forſt.** Itē **Zwing vnd Ban/** pro territorio: **da einer zu zwingen vmbbannen/ das iſt/ zugebietten vnd zuverbieten hatt.** Eâdem ratione juriſdictionem ſignat: ut **Blutban/** Juriſdictio criminalis: *vide infr. verb. Eſchevin.* Galli etiam dicunt *ban*, & *bannir*; **die Acht/ in die Acht thun/ das iſt**

Et ex Quintiliano, *lib.* 1. *c.* 2. liquet, pueros Romanos priùs Græcè quàm Latinè loqui plerunq; didicisse. Verùm haud queo quin ita sentiam: Etsi illa vocabula nunc sermoni nostro sint obsoleta, nihilominùs aliquandò Germanica, hoc est, merè Celtica, vel potiùs Francica fuisse; & cognatio Germanicæ Græcæque Linguæ, neminem doctum latere potest. *vid. Orig. Ling. German. Andr. Helvigii. & quædam etiam Crusius habet in Nomenclat. Græco-Lat.* Eos etiam, quos Henricus Steph. Græcos loquendi modos, Gallis modernis familiares, observavit, singulariqúe libello inclusit; omnes ferè, pauciſſimis tantùm exceptis, meros esse puto Germanismos. Nec

fuit

fuit adeò frequens olim lingua Græca in Celtis, ut ad vulgum potuerint quædã indè vocabula pervenire. Cæsar enim, *lib.* 5. *de Bello Gall.* ad. Q. Ciceronem à Gallis obsessum, epistolam Græcis conscriptam litteris, mittit; ne eâ interceptâ, ipsius ab hostibus consilia cognoscantur. Id quod totidem ferè verbis commemorat Dio. Verosimilem item reddit hanc meam conjecturam (quod nempè à variorum Germanorum irruptione, voces illæ Galliæ fuerint illatæ, & verè Teutonicæ sint; licet jam ab ipsis Germanis, sient amissæ. Hanc, inquam, meam conjecturam verosimilem reddit id, quòd tam in Hispanicâ quàm Italicâ linguâ, etiam nonnulla Græca, & ferè eadem quæ in Franco-Gallicâ, deprehenduntur.) Hocque alii observârunt, & Volaterranus, *lib.* 30. *com. Urb.* eruit Etymologiam aliquot vocum Italicarum, ex Græco. Et Hispanorum, *Dicha*, fortuna, nil aliud est quàm Græcorum τύχη.

21. Placet mihi hîc interponere & aliam philologicam considerationem. An nimirùm Gallia, olim usu fuerit Germanicâ linguâ? Idq; adfirmo, & factũ fuisse in Celtis potissimùm puto. *Ægid. Schudi, in descript. Rhæt. cap.* 38. *vide Isaac. Pontani Itinerar. Gall. Narbonens. & lib.* 6. *Orig. c. ult. fol.* 608. *Adde Cluver. lib.* 1. *capit.* 5. *& seqq. aliquot. Guilhelm. Paradin. tr. d. antiq. Burgund. statu. cap.* 15. *Cambdenum, in Britan. à princ.* Non fuit vetus Celtica lingua, Germanica ex toto. Hincq; Cæsar, *lib.* 1. *d. Bello Gall.* scribit: propter linguæ Gallicæ scientiam, quâ multâ jam Arioviſtus longinquâ consuetudine utebatur. Et Tacitus, *de morib. Germ. propè fin.* Gothinos, inquit, lingua Gallica, non esse Germanos arguit. Sed tamen Gallicam à Germanicâ, dialecto tantùm discrepâsse (ut Germanica

ſuperior & inferior, &c.) perſuadent mihi verba, quæ ex ordine mox referũtur; quæ licet variè à Græcis vel Latinis auctoribus (qui ſoli ea habent) ſient diſtorta: *Schudi fol.* 114. *&* 116. verè tamẽ Teutonica ſunt; quamvis etiam Romanæ civitatis jure donata. Ideoque Quintilianus, *lib.* 1. *cap.* 9. Verba dividit in Latina ac peregrina. Peregrina, ait, ex omnibus eſſe gentibus; ut homines, ut inſtituta etiam multa venerunt. Taceo de Thuſcis, & Sabinis, & Prænestinis quoque. Nam ut eo ſermone utentem, Vectius Lucilium inſectatur, quemadmodùm Pollio deprehendit in Livio Patavinitatem: licet omnia Italica habeam pro Romanis. Plurimum Gallica valuerũt, &c.

Alpes. Iſidorus *origin. lib.* 14. *cap.* 8. Gallorum, ait, linguâ, Alpes montes alti vocantur. Et ſic hodiè etiam nunc in Helvetiis **Alpen** indigitantur: in Sueviâ **Alben/ die Rauch Alb.** Cæſar quoque 1. *de Bello civ.* Albicorum meminit Barbarorum, circa Maſſiliam incolentium montes. Hinc que judicio Dn. Caſp. Simonii, Germanicum fluxit; **der Alp truckt mich**: corporis oppreſio nocturna, & ſuffocatio quædam, voci ſpirituique, liberum intercipiens meatum; Faunorũ in quiete ludibrium. Gr. ἐφιάλτης. aliàs **Schrötle/ Schretzle/ Nachttrutt/ ꝛc.**

Ambactus, apud Ennium linguâ Gallicâ dicitur ſervus, teſte Feſto. Et meminit Ambachtorum atq; Clientum Gallicorum Cæſar, *d. Bell. Gall.* 6. Linguâ vet. Francicâ *Ambachtman*, eſt miniſter. *Lydius in Gloſſ. verb. Ambactus.* Ambaſcia, Germ. eſt opera. Ambachten, operari. Ambaſiator miniſter. *Lindenbrog. verb. Ambaſcia.*

Arepennes. Columella, *lib.* 5. *cap.* 1. Semijugerum, inquit, Galli Aripennem vocant. Rhegino, *apud Wolfium.*

sium, fol. 252. de uno Arpenne, amphoram vini, &c. Franco-Gallis est adhûc *Arpent.* vid Lyd. *in Gloss.*

Bardus Gallicè cantor adpellatur, qui virorum fortium laudes canit. *Sext. Pomp. Festus.* Et Lucanus:

Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Ammianus Marcell. *lib.* 15. Bardi fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus, cum dulcibus Lyræ modulis cantitârunt.

Beccus, ut testatur Suetonius, in Vitellii fine, valet Galli gallinacei rostrum. Franco Gall. *Bec.* ut & Belgis: nobis solum remansit verbum, **Becken oder Bicken**/ tundere rostro.

Bodincus, Bodinc. **Bodenloß.** Plin. *lib.* 3. *cap.* 16. Ligurum linguâ, Padus vocatur Bodincus, quod significat fundo carens. Polyb. *lib.* 2. *sect.* 4. Padum ejus loci habitatores, Bodencum vocavêre: hinc oppidum juxtà, vetusto nomine Bodincomagum, ubi incipit præcipua altitudo. Hincque lacus Acronius vocatur **Bodensee**/ Podamicus lacus: sinus item magnus Gothiæ interioris, *Boding* adpellatur

Bulgæ, Pomp. Festus, Bulga, ait, Galli sacculos scorteos appellât. Franco Gall. *Bougette* vel *Boulgette*. **Bulg.**

Candetum, ita Galli appellant in areis urbanis spatium centum pedum. in agrestibus autem CL. *Columellæ.* 5. *cap.* 1.

Caracalla. Cognomentum Bassiani, filii Severi Imper. De quo, ait Spartianus, ipse Caracalli nomen accepit à vestimento, quod populo dederat, demisso usque ad talos; quod antè non fuerat: undè hodièq; Antoninianæ dicuntur Caracallæ hujusmodi, in usu maxumè Romanæ plebis frequentatæ. Indè restat *caraques* vel *casaques*, Sagum *Guillaume Paradin, hist. de Lyon. lib.* 1. *cap.* 34.

Caſnar, aſſectator, è Gallia ductum eſt, ut ait Quintil. *lib.* 1. *Inſtit. Orat. cap.* 9.

Cecos dimitte. Serv. *ad.* 11. *Æneid. verſ.* 743.

Direptumq́, ab equo dextrâ complectitur hoſtem.

Hoc de hiſtoria, inquit, tractum eſt. Nam Cajus Jul. Cæſar cùm dimicaret in Galliâ, & ab hoſte raptus, equo ejus portaretur armatus; occurrit quidam de hoſtibus, qui eum noſſet, & inſultans, ait; CECOS CÆSAR. Quod Gallorum linguâ dimitte ſignificat; & ita factum eſt. Hoc autem ipſe Cæſar in Ephimeride ſuâ dicit, ubi porpriam commemorat felicitatem.

Celtæ. Cæſar. 1. *de bello Gall. in princ.* Tertiam Galliæ partem incolunt, qui ipſorum linguâ Celtæ; noſtrâ Galli appellantur. Bodin. *c. ult. method. fol.* 497. ſcribit: Celtas nihil aliud ſignificare quàm Equites, idque ex linguâ Hebræâ probat. Strabo verò *lib.* 4. Celtas in Galliâ â ſui æſtimatione adeptos hoc nomẽ, dicit: **vom gelten.**

Druides, de his latè Cæſar. 6. *de bello Gall. fol.* 133. *& ſeqq.* Plin. de iiſdem *lib.* 16. *cap. ult.* ita ſcribit. Nihil habent Druydæ (ita ſuos appellant Magos) viſco & arbore, in quâ gignatur (ſi modò ſit robur) ſacratius. Jam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine illâ fronde conficiunt: ut indè appellati quoque, interpretatione Græca (ἀδρύσ) poſſint Druydæ videri. Hotoman. *in Comment. ad lib.* 6. *bell. Gall. cap.* 4. & Guilhelm. Paradin. 1. *cap.* 21. *Hiſt. Lugdunenſis.* obſervârunt; veterum illam Gallorum conſuetudinem, etiam nunc in multis Galliæ locis retineri, cùm anni initio clamitant: *Au guy l' an neuf.* id eſt, ad viſcum annus novus. Quamvis autem teſte Suetonio, *cap.* 25. Claudius Imp. hanc Druydarum religionem apud Gallos,

Gallos, diræ immanitatis, & tantùm civibus ſub Auguſto interdictam, penitùs aboleverit: attamen fuiſſe &quidem mulieres Druiades, uſque quò Gallia Chriſtianiſmum recepit, ſatis conſtat. Lampridius enim refert, talem eunti Alexandro Imp. paulò antequàm â propriis militibus occideretur exclamâſſe, Gallico ſermone: vadas nec victoriam ſperes, nec militi tuo credas. Et Vopiſcus Aurelianum quoque Gallicanas conſuluiſſe Druidas; ſciſſitantem utrum apud ejus poſteros Imperium permaneret, tùm illas reſpondiſſe dicit: Nullius in Repub. nomen, quàm Claudii poſterorum futurum. Et in Numeriano ejuſdem auctoris, ſimile reſponſum â Druide muliere Diocletiano redditum, habetur.

Dunum, veteri Celticâ Linguâ ſignificat montem: **Ein Berg oder Bühel.** Belgæ adhûc hodiè **dünen** adpellãt, **die Sandberg ſo am Geſtadt deß Meers ſeindt**; loca mari vicina, aggeribus vel promontoriis munita. Undè vulgata eſt terminatio oppidorum, ad montium radices ſita quæ ſunt: ut, Lugdunum, Laudunũ, Auguſtodunum, Juliodunum, Melodunum, Cæſarodunũ, Geſſodunum, quo nomine olim adpellabatur **Steyr in Oeſterreich.** v. *Guillaume Paradin. lib.* 1. *c.* 7. *del hiſt. de Lyon.* Bodinus, *cap. ultim. meth.* perperàm *Dounos*, Dominos interpretatur.

Eporedix, *Eporedicus*. ita Galli equorum domitorem adpellabant, **Abrichter der Pferdt**: *Schudi cap.* 38. aut quaſi **Bereitter/ Pferdreider** / Belgico idiotiſmo.

Galban. Sueton, *cap.* 2. Galba qui Neroni in Imperio ſucceſſit, ſic dictus eſt nonnullis, quòd præpinguis fuerit viſus; quem Galban Galli vocant. Ægydius Tſchudi *in Rhætiæ deſcriptione* oſtendit, etiam hâc ætate Helvetios pinguem & craſſum hominem, vitulũ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [95] - 91

(Kalb) vocare. Sed Romanos Galb pro Kalb, ut Cajus pro Gajus protuliſſe. Nicod. Galbe: vox hodiè Gallis uſitata, inquit, partem illam anteriorem thoracis, ſeu indumenti virilis, quod Caligas retinet; Vulgò *pour point*, ſignificat: quæ quidem goſſypio referta eſt, & abdomen præpingue etiam in pueris & exilibus corporibus oſtentat. Hiſp. *garbo* in eâdem ferè uſurpatur ſignificatione. Sed meo judicio, ſuperior opinio probabilior eſt. Vopiſcus in Aurelio. Inter hæc fuit Tetricus (qui ſub Aurel. Tyrannidem in Galliâ exercuit) chlamide coccineâ, tunicâ Galbynâ, braccis Gallicis ornatus, &c. Martialis adpellat Galbinum pro delicato. Gall. *Garbe*, vel *galbe*. Ital. *garbo*, indè *garbato*.

Gaunum. Rhenanus 3. *rer. Germanicar.* ſcribit, eâ voce in Celticâ linguâ denotari **ein Felß oder Stein/** & indè adhûc in Helvetiæ quibusdam locis, **ein Felß oder vihle der Stein/ ein Gaud oder Gaund/** nominari. **Am Gaud/ das iſt am Felſen oder Stain.** *Stumpff. lib. 5. cap.* 14.

Geſſatæ. trans Alpes ad Rhodanum habitantes Galli: & propterea quòd mercenariam militiam obeunt, Geſſatæ nominantur; ut ait Polyb. *lib. 2. n. 6.* forſan q. **Geſamblete.**

Glaſtum, herba plantagini ſimilis. Ita in Galliâ vocatur, quâ Britannorum conjuges nuruſque toto corpore oblitæ; quibuſdam in ſacris & nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes. *Plin.* 22. *c.* 1.

Leuca, Lieue, hodiè Gallis dicta (Hiſp. Legua) & duo millia paſſuum continens. Iſidor. *Orig. lib.* 15. *cap.* 16. Menſuras viarum nos milliaria dicimus. Græci ſtadia, Galli Leucas, Ægyptii ſignes, Perſæ paraſangas. Et paulò pòſt; Leuca finitur paſſibus quingentis. Ammianus *ſub finem lib.* 15. ubi exordium eſt Galli-

Galliarum, exindè non millenis passibus, sed Leucis itinera metiuntur. Et eodem, *lib.* 16. *fol.* 338. teste; 14. Leucæ, 21. mille passuum continent.

Magum, Ein Freundschafft. (quamvis Bodinus *cap. ultim. method. fol.* 314. asserat, quid magum esset, neque Germanos neque Gallos aperuisse) Also würt im Sächsischen Rechten Schwertmag / der nechste agnatus, Spulmag proxima agnata genant.

Marcha. Märr, equus: non solùm hodiernâ Britonũ linguâ, sed & Germanicâ; ut probat & testatur Cujacius *in Com. pr. tit.* 1. *lib.* 1. *feudor.* Pausan. *lib.* 10. Bini semper administri equitẽ sequebãtur: rei equestris & ipsi periti, & equis, inquit, simul instructi, &c. nominant ordinem hunc vernaculâ linguâ *Trimarcisiam.* Et equorum nomen *Marcas* esse scias apud Gallos. Ante centum, & quod excurrit annos, ordo ille cujus Pausanias facit mentionem, dicebatur une lãce fournie de son archer & coustiller.

Marga. Gypsi genus, ita in Britanniâ & Galliâ vocatum. *Plin.* 17. *cap.* 6. nobis, Mörgel.

Pades. Gall. Picea. *Plin.* 3. *cap.* 17. Pächbaum.

Petoritum. Quintilian. *Inst. Orat.* 1. *capit.* 5. Festus (in schedis â Pomponio Læto relictis) Petoritum & Gallicum vehiculum, & nomen ejus dictum esse existimant, â numero 4. rotarum. alii Oscè, quod hi quoque petora quatuor vocent. Idem habetur in S. Pomp. Festo.

Planarati. Plin. *lib.* 18. *cap.* 18. Gallos aratro duas addidisse rotulas, scribit; idque genus vocare planarati: hîc vox *rati*, cum germanico rad planè convenit: & fortean id Gallicum, est Germanorũ Pflugradt / vel Plugradt.

Lir. Ignis. πῦρ, Fewr. Teste Platone, πῦρ, Phrygum non

non Græcum verbum eſt, ut etiam ſuprà alicubi dixi. Et Cranzius, Sax. *lib.* 2. *cap.* 22. ſcribit: Comites de Pirmont in Saxoniâ, Gallici generis nobiles fuiſſe, & idem eſſe ac ſi de ignito monte dicerentur.

Rheda. Gallicus currus. Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. eo ſolum Ciceronem uti putat: ſed & Varro apud Noniũ *cap.* 2. *&* 6. ejus meminit. Veteres Franci vehiculi illud genus vocabant **Ein Radiwagen.**

Soldurii. **Soldner.** Cæſar. 3. *de bell. Gall. fol.* 67. Devotos illi Soldurios appellant; quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vitâ commodis unà cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dederint, &c. *vid. Hotoman. ibid. in notis. cap.* 5.

Vergobretus. Summus executor, **Werckhobert.** Sũmum magiſtratum Vergobretum appellant Ædui, qui creatur annuus, & vitæ neciſque in ſuos habet poteſtatem. Cæſar *lib.* 1. *fol.* 10. Hotom. *in not. c.* 4. *& Schudi. cap.* 38. *Rhæt. deſcript.*

Uri. Cæſar. 6. *de Bell. Gall. fol.* 140. Uri, inquit, Gallica vox eſt, quâ feri boves ſignificantur. Conſentit Macrob. 6. *Saturnal. cap.* 4. Germ. **Aurochs. Vr/ ein wilder Stier: Die von Vri in Helvetia/** reliquiæ Tauriſcorum. Stumpff. 6. *c.* 26. **Vr** id eſt **groß. Vrach/** oppidum in Würtemberg. id eſt aquæ multæ. **Ach.** eſt aqua: unde **Aachen/** Aquisgranum.

22. Italicam ſimiliter linguam hodiernam, incurſiones Barbarorum, eorumque ſermonis cum Romano commiſtiones effecerunt. Conſtat nempè ex antiquitatum monumentis, tam OſtroGothos, quàm Viſi Gothos; Herulos item & Rugos, maxumè verò Longobardos, Italiam occupâſſe. *v. Machiavel.* 1. *hiſtor. & Rhenan. d. reb. Germanor.* Eadem occaſio, Hiſpanicam produxit linguam; Suevi enim in Gallitiâ

regnum

regnum conſtituerunt: à Vandalis Vandaluſia nomen habet. Catti & Alani, Cathalanico Regno initiũ & nomen dedere: Gothi verò Hiſpaniam in totum Romanis ademerunt.

At quædam Italico Germanica verba recenſere operæ pretium eſt.

Alabarda, Hellebart.

Albergare, Herbergen. *Albergo*, Herberg/ communis receptus: *ut ſuprà dixi.*

Alla. Eln/ ulna Anglicana.

Amazzare. Metzgen/ Metzten.

Andar, ire wandern.

Anitra. Anten/ anas aquatica.

Arenga, Hering.

Aventura. Abentheür.

Balco, podium, tabulatũ. Balcken.

Baldo, Baldanzo, audax, alacer, der geſchwind oder bald gerüſt iſt. *baldamente*, geſchwind / *Baldanza*, alacritas.

Balla, Ballotta, pila, Bahl. *ballare*, tripudiare, hupffen oder ſpringen wie ein Bahl.

Banco. ſcamnum, Banck/ *banchetto*, convivium, Bancket.

Bandiera. Panier/ Vexillum.

Bando. Bannum, Ban/ verrüffung. *Banditore.* præco, *bandire, publicare â ſuono di trombe:* edicere.

Barca, oneraria navis, Barck.

Beccho. Bock. E becco, diciamo à chi laſcia giacere altrui con la propria moglie: perche queſto animale, di ciò non ſe ne adira. *Vocab. d. Cruſca.*

Becco, roſtrum, *beccare*, bicken.

Beffa, illuſio, hinc widerbeffen.

Benda. Faſcia, Binde.

Bianco, albus, **Blanckh.**
Bicchiere. Scyphus, **Becher.**
Biondo. **blond/ gelb/** flavus.
Bolgia. **Bulg/** Hippopera.
Boſco. Sylva, **Boſch.** *Boſchetto*, paruum nemus.
Botte, dolium, **Büttin.**
Bottino. **Beut/** præda.
Bracco. **Brack** / canis veſtigator.
Bruno, Brunetto. fuſcus, **Braun.**
Camarlingo, quæſtor, **Cämmerling.**
Cambiare. **wechßlen**/ undè **Roß Camb.**
Canto. **Cant**/ Sax. pro **Ort.**
Cappa. pallium, **Kapp.**
Chiachiare, **gargen / gatzen**/ Gall: *caqueter.*
Cima. **Zinnen**/ vertex: Et Sueci vocant, **kiemen die junge Sproß an den Bäumen.**
Civetta, noctua, **eyl**/ Saxonicè **klevit.**
Coſſino. Pulvinar, **Küßin / oder Kißen.**
Daga, Sica, **Dege.**
Danſare, **Dantzen**/ *Danza*. **Dantz.**
Drudo. amicus, **Traut/ vertrawet/** cui fidimus.
Elmo, galea **Helm.**
Falda, **Falt.**
Feltro, è panno compoſto di lana compreſſa inſieme, è non teſſuto con fila. **Filtz.**
Fiaſca, **Flaſch**/ Oenophorum.
Fino, **Fein.** *affinare*, expurgare, **feinmachen.**
Foderare, ſoppannare, iveſtimenti, **Füetern.** *fodero*, **Futter.** *fodero di ſpada*, Vagina. *Veſte foderate*, **gefüetert Klaid.**
Fogo, impetus, **Wage**/ hinc **Waſſerwogen.**
Foreſta. Sylva **Forſt**/ **Wald.**
Freſco **Friſch.** *Freſchezza*, vigor. hinc *freſco*, frigus amabile.
Gatta, felis, **Katz.**

Giallo,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [100] - 96

Giallo, purum putum ſapit Sueviſmum; gilvus, gelb/
Giallezza, color croceus.
Giardino, Gardten/ viridarium.
Gittare, ſchitten/ werffen/ Gall. *jetter*.
Gramo. gram/ grißgram/ triſtis, mœſtus.
Grattare. Scabere, kratzen. Gall. *gratter*.
Groſſo, Groß. craſſus.
Guanzia. genæ, Wangen.
Guardare, conſervare, gwaren.
Guardia, ein warth. *Guarnire*, munire, verwahren.
Guaſtare. Wüſten/ utrumque â vaſto.
Guerra. bellum, Gwer/ ein Gwer oder Zanck machen.
Guiſa. weiß/ wiß/ modus, ratio.
Haraldo. Heroldt.
Huoſe, hoſen/ dicitur etiam *Voſa* ſoccus.
Iudarno. altfränckiſch/ *andran*, vel *andarn*, in vanum.
Innaſpare, Haſpen. contrahere in alabrum.
Lanciare, ſchieſſen/ *Lancia*, Lantz.
Laſciare, laſſen/ relinquere. *Laſcio*, legatum.
Mancare, Mangelen/ Carere. *manco*, defectus, Mangel.
Mantello, Pallium, Mantel.
Marca. Marck. regio, ora. *Marca d' Ancona*. *marchiare*, ſic *marcare*, zeichnen/ märcken.
Martora. Martes, Marder.
Milza. ſplen, Miltz.
Mozzo. geſtutzt/ gemutzt. *mozzare*, truncare.
Nappo. poculum, Napff.
Panca, Banck/ ſubſellium.
Pancia. Wanſt. venter,
Panziera. lorica, Panzer.
Perla. Margarita, Perlin.
Pezzo. Fetz/ fruſtum

Picciare, bicken/ picchiamento, pulsatio.
Pisciare. meiere, Pissen.
Recare, afferre. Reichen/ recken.
Ricco, dives. Reich.
Rima, Reim/ Versus homioteleutus.
Risparmio. Ersparung. parsimonia.
Roca. colus, Rocken/ Rockenstub.
Rogna, scabies, Raudt.
Rosso. rubeus, Rott.
Rubare, Rauben/ rapere. *Rubatore*, rauber.
Ruvida, rudis, impolitus, rauch/ rusig.
Salassare. mittere sanguinem, zur Aderlassen/ *Salasso*, Aderlaß.
Saccomanno. calo, Sackman.
Scalco, Servus, Schalck. Sumitur etiam pro convitio, Schalckheit.
Scambio. permutatio, daher bleibt Roßkam/ *ut suprà in Cambio*.
Scampare. fügere, sich stampen.
Scaramuccio, vel *Scaramugio*. velitaris pugna, scharmützel. q. ein Vermischung der Schaaren/ ut & Galli dicunt *mesleé*, pro pugnâ.
Scarso. karg/ parcus. *scarsità*, Kargheit.
Scarlatto. purpura, Scharlach.
Scatola. pyxis, Schachtel.
Schermo, defensio, Schirmung. *Schermare*, Schirmen. *l' arte della scherma*, Fechtkunst.
Scherzi, Scherts. *Scherzare*, lascivire, schertzen.
Schiavo. mancipium, Sclaff.
Schiera. acies, exercitus, Schaar.
Scranna. scamnum, Schrandt.
Scrignio. Schrein: utrumque à scrinio.
Segare, secare, Segen.
Senno. prudentia, Sinn/ undè nachsinnen/ betrachten.

Sergen-

Sergente. accenſus, miniſter, **Schergant/** v. Gall. *Sergeant.*

Smacco: **Schmach.** *Smaccare,* **ſchmähen.**

Smalto: encauſtũ, **Schmelt.** Indè *Smaltato,* **geſchmeltzte Arbeit.**

Soldato, **Söldner.** *Soldare,* **Beſolden.**

Soma. ſarcina, onus, **Saum.** undè **Saumroß.**

Spada. Enſis. **Spattha.** Gr. σπάθη.

Spanna: palmus. **Spann.** Gr. σπιθαμὴ.

Sparviere. **Sperber/** accipiter.

Spedale. **Spital.**

Speſſe volte. **Dickmahl/** pro **offtermahl.**

Spiedo, vel *ſpedone,* veru. **Spieß/ Bradtſpieß.**

Spione, Explorator, **Speher.** *Spiare,* **außſpehen.**

Sproni & *Speroni,* **Sporen.**

Stalla. Stanza, ſtabulum. **Stall oder Standt.**

Stampa. forma, **Stampff.** *Stampare,* **ſtämpffen/ trucken.**

Stanga. pertica, **Stang.**

Starna: **Staar.**

Stecca, **ein Steck.** *Steccare,* **beſtocken/** vallũ circũ injicere.

Stivali. Ocreæ, **Stivel.**

Stizza, indignatio, **Stutz/** hinc **ſtutzig.**

Stocco. ſtirps, **Stock/** ſumitur etiam pro *Eſtoc* Gallico.

Stoppare. ſtipare, obdurare ſtupis, **verſtopffen.**

Strada, via, **Straß.**

Strale, Sagitta, telum, **Strahl/ Pfeil.**

Stufa: thermæ, **Badſtub.**

Stelo, **Stiel.** *Suppa.* **Supp.**

Tagliare, incidere, dividere, ſeparare, **theilen.** *Tagliatura,* inciſura. *Tagliere,* **Teller.**

Taſca. pera, **Taſch.**

Taſtare, palpare, leviter tangere, **taſten.**

Tetta. mamma, **Tütte/** Gr. πθή, πιτθὸς.

Tromba. Tromma, Trom. *Trombetta*, Trommeth.
Trottare. ſuccutere, Trotten.
Trovare. invenire, Treffen. *Trovato*, invêtus, angetroffe.
Varare, vel *varcare*, fahrn. *Varco*, fahrt/ undè ferg.
Vsbergi. Halßberg/ v. Gall. *Haubert.*
Zibellino Zobel. de mure Pontico.
Zuffa. Zopff/ oder rauffhandel/ rixa.

23. Nec etiam Hiſpanica negligenda videntur: quorum cum linguâ noſtrate Harmoniæ, ſpecimen exiguum licet, adponam.

Adarga, Dartſch/ Gall. *targe.*
Affinare. finiren, feinmachen.
Aizzare. hetzen.
Arte. Art/ Natur.
Bote. Bütin/ Faß. Gall. *tonneau.*
Dicha. τύχη, fortuna.
Drama. Drom.
Drauda. Draut/ amant.
Eſmalt. ſchmalt/ coloris ſpecies.
Falta, mangel/ fehle. *Faltar*, manglen/ fehlen.
Flauta. Fleut/ Pfeiff.
Gatto, Katz.
Giallo, vel *jaldo*, Gelb.
Guiſa. Wiſe/ Manier.
Haldas, Fahlt. *balda de monte*, Halde eines bergs/ halden enim eſt propendere.
Hechizera, Häx. *Hechizar*, verhexen/ bezaubern.
Hijo, à Gr. υἱός, filius.
Hincar. hencken/ anhencken.
Lanza, Lantz.
Laud, Lauth.
Linda, Lind/ zart.
Liſta, Leiſt.
Palco. Balck.

Que-

Queſo, Keß.
Rabo, cauda. Rüb.
Rato, raſt.
Rueca, Rock/ Runckel.
Segar. Segen/ ſecare.
Suegra, Schwiger.
Tinta. Dint/ à tinctura.
Xergas. Sergen.

24. Nec ſolùm Latina ſivè Romana lingua, in locis ubi plebi vernacula erat; per Germanos, qui Imperium Romanorum in Occidentis partibus everterunt, modo jam dicto depravata; & in Hiſpanicâ, Italicam, atque Gallicam (harumque infinitas ferè dialectos) diſtracta fuit: ſed & ipſe ſermo Latialis, qui eruditorum in peculio remanſit, maxumam paſſus eſt immutationem. Id quod neminem latere poteſt, ſi modò non fuerit peregrinus in ſcriptoribus, qui à Carolo Magno, uſque ad ſeculum noſtrum hoc præcedens, quo litteræ politiores reductæ fuerunt, monumentum aliquod in memoriæ Sacello conſignârunt. Scita præſertim & edicta, ſcatent veſtigiis noſtri idiotiſmi: Leges putà Wiſigotorum, Burgundionum, Salicæ, Alemañorum, Bajuvariorum, Ripuariorum, Saxonum, Anglorum & Werinorum; Friſionum, Longobardorum, Siculorum & Neapolitanorum; Conſtitutiones item Karoli Mag. & Hludovvici Imperatorum quæ omnia antiquitatis & etiam prudentiæ Germanicæ, pretioſum continent theſaurum, ac nuper ſtudio indefeſſo, Viri Clariſſ. Frid. Lindenbrogii, uno volumine edita, & Gloſſario utiliſſimo illuſtrata ſunt. Ipſum etiam quo utimur jus Feudale, abundat uſque meris Germaniſmis, Franco-Galliciſmis, & Italo-barbariſmis; ac inſuper

ſuper complures voces Theotiſcas habet, quæ ab Interpretibus, antiquitatum Germanicarum ignaris, miſerè torquentur, & ex præjudicio plerunque, nobis, veræque origini, per ſententiam quaſi adimuntur. Eorum aliquàm multa ſubjungam.

Alode, allode, Alodum, Alodium, allodium. proprium cujusq; hominis patrimonium, & feudo opponitur. Gallorum vero *aleu, ou aloy*, vel ut Languedocs dicũt alod & alo longè aliud eſt quàm alodium, ut ſumitur in libris feudorum, *Hotom. dict. feud. Verb. allodium.* Et merè Germanica eſt hæc vox, **alledig. All**/ enim quod omne eſt, auget earum dictionum vim, quib. additur, quemadmodum apud Gallo Francos *tres*: ut **Allrecht/ Allgut/ Allwar/ꝛc.** *Wolfgang. Hungerus in notis ad tabulas Bovillianas. v. Gloſſar. Lindenbr. verb. Alode & quæ dixi Polit. lib. 1. cap. 6. numer. 4. verſ. 7.*

Bannum. vid ſupr. **Ban**/*in dictionib. Gall.*

Breve teſtatum, vid. *Brevet. in dictionib. Gall.*

Cambium. permutatio, ſive rei alterius pro alterâ ſubſtitutio. *Hotom.* **Daher iſt noch bey den Teutſchẽ geblieben / ein Roßkam**: & Belg. **kemen.** Campſor, **Wechßler.** *Vid. Goldaſt. Aleman. tom. 2. num. 16.*

Camera. fornix **Cammer/ Gewölb**/ undè pro Ærario ſumitur. Feudum de Camerâ, **Cammer Lehen.** *v. me Polit. lib. 2. cap. 9. n. 4. v. 8.* Et in eo ſignificatu, apud Græcos Latinoſque, jam diu in uſu fuit. Varro *d. re ruſt. 1. cap. 1.* Camaras marmorato, & parietes pavimentaque laudabiliter faciunt. Val. Maximus *6. c. 7. §. 2.* Inter Cameram & tectum. Baſilius M. *Hexam. lib. 1. Homil. 1.* ὃ ϛήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν.

Campio. vid Champion *in dictionib. Gallicanis.*

Curtis vel *cort*is, Curia, aula: de cuius varia ſignificatione, Hotom. *in dict.* **Vñ Gurt**/ quod eſt circuitus

est. Alii vom schurtz/ut sit quasi domus sepimento cincta. Gall. *l. a cour.* Curia etiam pro Comitiis nõ rarenter sumi solet. Long. 1. *lit.* 34. *l.* 1. Non solum denotat aulam, sed & undè reditus ad Aulam. Quo intuitu dicit Petrus Benevent. Curtis vulgare est Gallicorum, sicut mansus Italicorum. Bauren Hoff.

Feida vel *Faida*, Fehd/inimicitia. Hinc *diffidare, aut diffidariare*, inimicitiã vel bellum denunciare. *Faidosus*, diffidatus. Hisp. *desafiar.* provocare, lacessere, & *desafio de dos*, certamen singulare. gall. *deffier, provoquer. se deffier de quelqu'un; sfidarsi di alcuno.*

Felonia, capitale facinus, & speciatim perfidia Vasalli. *Hotom.* Deducitur â Gallo-Francico *Felon*, cholera. *felonnie*, atrocitas, impetuositas. *la guerre est felle*, id est, *cruelle. Froissard.* 1. *cap.* 299.

Feudum, *ut recte Hotom. c.* 1. *disp. feudalis observavit*, à nullâ Latinâ voce denominationem habet, sed merè Germanicum est. Nec tamen adstipulari queo Hotomanno *ibid.* qui illud à Germanico Fehd/deducit. *Feida* enim, quod est bellum, nullum cum Feudo seu beneficio, rationabilem harmoniam habet. Quin & scriptura vetus, repugnat: olim namque *Phoedum* scribebatur. *Alb. Stadens. fol. m.* 148. 164. 197. & 210. *Heig. quæst.* 2. In Chronicis Flandriæ, *sub Wilhelmo Imp.* fœdum, Caroli III. Imp. Constitutio *de Feudis*, *edita â Marq. Frehero*, Foedum vocat. In antiquo instrumento, Ludovici Comitis Palatini de Tuvvingen, de An. 1290. habetur, Jure Feodi, quod vulgariter dicitur Manlein, h. e. Manlehen. Indè Vigelius censet, Feudum esse quasi *Voetum* sivè Vogthumb; consonante Græcâ linguâ, cui βοήθεια, administratio, vel auxilium est. Longobardi namque, & alii Germani, Italiam occupantes, administratores, colonos, villæ, prædii,

dii, &c. **Vögt oder Verwalther**, ad tempus certum, vel ad dies vitæ, in terrâ devictâ bello constituerunt; tandem ad filios transire jus hoc permisère. Et indè lib. 1. Feud. *tit.* 1. Septem variationes juris de feudi diuturnitate, referuntur. Ac lib. eodem *tit.* 14. *d. feudo Marchiæ*, &c. in feudo comitatus vel Marchiæ, vel aliarum dignitatum, non est, inquit JC. successio secundum rationabilem usum; sed hodiè hoc est usurpatum. Tandem Feudistæ, omne beneficium & stipendium, etiam quod in pecuniâ consistit, feudum; sed abusivè dixerunt. *at vid. quæ dixi de etymo Feudi Politic. lib. 2. cap. 9. n. 4. v. 4.*

Fodrum, **Futter**/annona militaris. *Hotom.* Fridericus Imp. *de pace Constant*: Fodrum consuetum & Regale, quæ solent, & debent præstabant. Petrus de Vineis. *lib.* 2. *Epist.* 29. Viarum asperitas, fodri confluentem interdicat.

Guardia, vid. suprà garde *in dict. Gallicis.*

Guarenare, vid. suprà guarire.

Guastaldus. Oeconomus, procurator domus & rei familiaris, Præfectus curtis, Gubernator territorii, Actor. *Hotoman.* **Gasthalter / Gastkeller.** Warnefrid. *hist. Longobard.* 5. *tit.* 29. Alzeconem mutato dignitatis nomine, de Duce Gastaldium vocitari præcepit. Vitus Amerbachius *in Capitol. Carol. Magni.* **Gaststeller/Statthalter.** Terminatio **halb** à **halten**/servare dicitur, ita ut hîc eadem sit etymologia Germanis in **Gast** vel **Kasthalter** / & **ehehalt**/ quæ Latinis in servo. Inde *aldias* & *aldio*, pro servo seu homine proprio, *aldia*, pro ancillâ dicitur. Glossæ vett. *Aldiones*, in Italiâ, *Lidi* seu *Fiscalini* in Franciâ. Hispanis *Gastar*, est impendere, insumere pecunias: & *Gastador*, ille qui impendit; & *gasto*, sumptus.

Guer-

Guerra. vid. ſupr. *guerre.*

Hauberticum feudum. vid. Haubert.

Hominium, Homage, Gall. **Landthuldigung.** Homo, **Mann**/pro ſubdito. *Cujac. lib.* 1. *Feud. & Lindenbrog. in not. ad Warnefr. lib.* 4. *cap.* 3.

Hoſtis & *hoſtenditia.* vid. Oſt.

Inveſtitura, inveſtire, **vom veſten**/firmare: *deveſtire,* **entſetzen.** Vide Hotomon. *in Dictionar. Feud.* ubi probat, non deſcendere vocabulum hoc à veſte. Ita legitur, in Chronico quodam Germanico vetuſto: **Dieſelb eer/vnd würdikheit/Gewalt/Krafft vñ Macht/die Julio dem Keiſer von den Römern Geſetznet vñ geben wardt.** *Adde quæ dixi lib.* 1. *Polit. cap.* 9. *num.* 4. *verſ.* 6.

Leudi, vide *Leodes* Gall.

Mamburgus. Advocatus, vel Curator Reipublicæ. *Mamburgium,* vel *mundiburdium,* Gall. *Manburie,* curatio. *Hoteman.* **Ein Mann der Burg.** Aut à *Mundio,* quod eſt tutela: ut ſit Mundeburdis, onus tutelæ; undè Germ. **Vormund/der einen verſpricht. Vnmündig/der einem andern zuverſprechen ſteet. Mündig**/qui eſt ſui juris. *Lydius & Lindenbr. in Gloſſar. verb. Mundeburdis.*

Manſus, ſive *manſum,* eſt ager certi modi. *Hotom. Dict. feud.* **Manßmatt**/interpretatur Zaſius. Aventinus *lib.* 3. hubam & manſum quæ bigis aratur. Curtin & hofam, quæ quadrigis. Cujacius & Pithœus; prædium, fundum aut heredium eſſe putant, undè tueri colonus ſe, ac familiam commodè poſſit: ac inſuper vectigal & cenſum Domino præſtare. Ita *Manſum* & *Curtim* (**ein Hoff oder Meierey**/metairie) promiſcuè dicit Gerhardus JC. Feudiſta, *lib.* 1. *F. t.* 1. *§. ſi quis de manſo.* Itidem in diplomate Henrici Imperatoris, apud Lazium ſic uſurpatur, ubi ita habetur: Unũ regalem manſum, cum omnibus ſuis pertinentiis, &

regalem manſum cum omnibus ſuis pertinentiis, & utriuſque ſexus mancipiis, terris cultis & incultis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, molendinis, aquis, aquarumq; decurſibus, piſcationibus, ſylvis, venationibus, ſaginationibus, cum omni utilitate, quæ aut ſcribi aut nominari poteſt, in proprium tradiderunt. Et ita manſum, eſt quaſi domus, manſio: Gall. *maiſon.*

Marchiones. vid. Gall. *Marche.*

Marſchalcus. vid. Gall. *Mareſchal.*

Morganatica, vel ut Baro à Tautenberg. *lib.* 2. *F. t.* 39. legit. *Morgengabica*, **Morgengab.** Spec. Saxon. *art.* 20 **Nuhn vernembt/ was ein jeglich Mann von Riters art/ſeinem Weib zu Morgengab geben/ deß Morgens als er mit jhr zu Tiſch gehet vor Eſſens.** Longobard. *lib.* 2. *Tit.* 4. Si quis Longobardus *morgincap* Uxori ſuæ dari voluerit, quandò eam ſibi in conjugio ſociaverit, ita decernimus, &c. In pactione Guntheranni & Childeberti Regum, & Brunichildæ Reginæ, apud Gregor. Turon. *lib.* 9. *capit.* 20. Tàm in dote, quàm in *morganagiba*, hoc eſt, matutinali dote. &c.

Placitare, vid. Gall. *plaider.*

Sa'ica lex, vid. Gall. *Sale.*

Scutarius, interdum etiam *Scrutarius*, ſumitur pro comilite, qui ſcuto tantùm eſt armatus. Hinc ſcutagium, ſervitium ſcuti. Hincque feuda ſcutiferorum apud Cujac. *lib.* 4. *Feud. tit.* 74. **die einer mit einem leichten Pferdt bedienet.**

Soldata, **ein Beſtallung/** v. *Souldée.* Gall. *adde quæ dixi Polit. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. *verſ.* 8.

Treuga, vid. Gall. *Treves.*

Vaſſus, cliens. *Vaſallus*, vel *Waſſallus*, eſt diminutivum. *Hotom. Diſp. Feud. cap.* 2. **Vom faſſen oder faßeln/ weil**

weil sie jhrem Herren gefaßt/oder verbunden seind: oder weil man mit jhnen die Länder faßt/vnd im Zwang hält. *v. Heig. part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 76. *&c.* Estque hoc etymon (**vom fassen**) propius primitivo; cùm **Gesell** (à quo vocem hanc derivat Girardus, *hist. de Franc. tom.* 1. *m. fol.* 375. *ut & des affaires de Fr. fol.* 397.) aut etiam **Vasseln** (quod ut puto placet Dn. Bocero) conveniant tantummodò diminutivo. Adr. Turnebus etiam, *adverſ. lib.* 21. *cap.* 15. aliam habet notationem. Inde Vasallus, idem quod Ligius est, **verbunden oder gefasset.** Nam ut rectè Hotomannus *Disp. Feud. cap.* 7. tradit, *Ligium Feudum*, nullam constituit speciem feudi singularem. *Adde quæ dixi Polit. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 4. *verſ.* 5. Vassallagium, vel Vassaticum, est obsequium Vasalli. *Vassallitium*, vasalli clientela. Froissard, *tom.* 1. *cap.* 271. à grand honneur & *vassellage.*

Cum ergò, non solùm vocabula multa; sed & Jus feudale ipsum, multis in partibus, simile sit consuetudinibus Gothicis, Lombardicisque: ut prodit Olaus Magnus, *hist. Septentrional. lib.* 14. *c.* 25. errant ideò, qui originem feudorum à jure Romanico desumunt; id quod tamen arridet multis. *Hotom. disp. feud. capit.* 2. *Heig. part.* 1. *quæst.* 1. Nec etiam iis adstipulari possum, qui Carolo M. inventionem Feudorum adscribunt. *v. Girard. tom.* 1. *de l' hist. de Fr. fol.* 371. *&c. ubi is latè de censuum jure.* Occasionem & originationem, ni fallor hujus moris, patescit ex iis, quæ suprà dixi. *in verb. Feudum.*

25. Etsi verò, Gallica, Italica, Hispanica, ut & Anglica Lingua, unâ eâdemque ratione atque occasione (incursione nempè Germanorum, eorumque linguæ cum Latinâ cõmixtione) ortæ sient; nam & Britannos, tempore florentis Imperii Ro-

mani latialem ſermonem uſurpâſſe, veroſimile mihi eſt. Et tamen omnes hęccę linguæ, à ſe multùm differentes; ac quoque una quælibet earum, in dialectos ſeu idiotiſmos varias diviſa eſt: *vid. de dialectis Gallicis Scaliger. in opuſc. poſthum. fol. m.* 123. Hocque ex eo accidiſſe puto: quòd quaſdam in regiones, major quàm alibi copia Germanorum conceſſit. Sicq; in Angliâ multò plus remanſit Saxo-Germanici ſermonis. In Galliâ & Hiſpaniâ, corrupta magis fuerũt vocabula phraſesq; Latinæ: ad quam Italica propiùs accedit; vel quòd illîc jã ãtè minùs pura fuerit Latina, vel quia major Germanorum multitudo in eas regiones irrupit. Tandem & hoc diſcrimen tàm varium induxit; quòd illi ipſi Germani, quibus Imperii Romani provinciæ ceſſerunt (non ſecùs ac etiam nunc) diverſiſſimis dialectis loquebantur. Sed quæ hûc uſque de vulgarium Italicæ & Gallicanæ, ſimiliumque linguarum, origine, dicta ſunt; robur non leve caipunt exindè; quia demùm poſt Barbarorum in Italiam atque Gallias irruptionem, linguæ illæ ortæ, nec in rerum geſtarum monumentis, veſtigium earum antiquius extat. Procopius, qui ſub Juſtiniano vixit, *Perſici belli lib.* 2. apud Romanos *Stratam* viam ſignificare auctor eſt: quod in vulgari idiomate verum, in latino falſum; ut meritò jamtùm vulgarem apud eos linguam fuiſſe credi poſſit. Idem *lib.* 4. Signiferum, Romano ſermone *Bandophorum* dici ſcribit, cùm id de vulgari locutione, non de Latinâ trahatur. Et Lipſius *cap.* 3. *de rectâ pronunt. ling. Lat. in fin.* idem circa Mauritii Imp. tempora, ut & Annum Juſtinianæi Imperii 38. probat, eque Feſto Grammatico demonſtrat. *Garſonaſtaſium* legitur apud Cedrenum, & in margine habetur; Garſonaſtaſium puerorum ſtationem, Garſonnium Latinis

puerum

puerũ esse. *teste. Eod. Lipſ. centur.3. ad Belgas epiſtola* 44. quod planè convenit cum Italorum *Garzone*, Frãco-Gallorum, *Garſon*, ut & Hiſpanorum *Garzon*. At ais, tempore Caroli M. Francos adhûc Germanicè fuiſſe locutos: & indè modernã Franco-Gallicam Linguam, poſteriorem ætate eſſe. Carolus quippè Magnus, barbara et antiquiſſima carmina, quibus veterum Regum actus & bella canebantur, ſcripſit & memoriæ mandavit. Inchoavit & Grammaticam Patrii ſermonis; menſibus nomina impoſuit, qui ante id tempus apud Francos partim Latinis, partim Barbaris nominibus pronuntiabantur, & Januarium appellavit WinterMonath. Febr. Hornung. Mart. Lentz Monath. April. OſterMonath. Majum Wünne-Monath. Jul. Howimonath. Novemb. Herbiſtmonath. Decemb. Hailichmonath/ꝛc. Alb. Abbas Stadenſis ex Eginhardo. Sed Carolum M. Germanicè fuiſſe locutum, mirum habere neminem decet; fuit etenim is in Germaniâ natus, & educatus. *Girard. tom.* 1. *fol. m.* 163. *&c. & fol.* 174. *& ego Polit. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 34. *verſ.* 1. *& tr. deſucceſſ. & elect. reg. lib.* 2. *diſſert.* 1. *num.* 9. Ut & tempore, quo Franci Monarchiam Romanam obtinuerunt, omnes Occidentis regiones, communi Franciæ nomine indigitabantur: *Hotom. in dict. Feud. verb. Salica.* ac in Turciâ adhûc, Francorum quoque adpellatio, in lato illo ſignificatu uſurpatur: Ac tùm, provinciæ illæ, quibus ad noſtrũ ſeculũ uſq;, Franciæ remanſit nomẽ, *Gallia Romana* adpellitabatur: & indè apud Rheginonem, *ſub Anno* 939. Ludovicus, filius Caroli M. cognominatur Rex Galliæ Romanæ. Ita & vetuſti Franco-Gallici ſcriptores, qui heroum geſta reſque alias deſcripſerunt, *Les anciens Romans* vocari ſolent. Hiſp. *Romances*, & *Romanceros*. Omnis

ditio.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1. Stück 5, [113] - 109

ditio veterũ Francorũ, hoc eſt, Gallia; ait Joſ. Scalig. *in operib. poſth. fol. m.* 125. finibus Romanorum circumſcripta, Rheno, Oceano, Pyrenæis, Alpibus, & Mediterraneo mari; jamdudùm cùm Francorum vigerent opes, in duas diviſa partes: in *Franciam Tiotiſcam*, vel *Tioſcam*, id eſt Teutonicam; & *Franciam Romanam, &c.* Et præcipit Canon Concilii Turonenſis, ſub Carolo M. celebrati; ut Epiſcopus homilias apertè transferre ſtudeat in Romanam linguam aut Theotiſcam, quò facilius poſſint intelligere cuncti. Diſcrimen hoc apertiſſimum reddunt Fœderis formulæ, Ludovici Germaniæ, & Caroli Galliæ Regum; *quarum & ſuprà, num.* 17. *mentio facta fuit:* quæque extant apud Nithardum, & cum not. Nobiliſſimi Freheri extãt. Franci ergò in locis ultrà Rhenanis, Germanicum ſermonem invenerunt (vel ex Celtico reliquum, vel quem Alemannorum incurſiones frequentes intulêre) aut verò multitudine iis in locis abũdãtes, Latinũ planè extinxerunt: ut in Alſatia aliisq; veteris Galliæ (ſeu Auſtraſiæ provinciis) multis. Tandem auſpiciis Capeti, Franci, linguâ ſeparati, etiam Imperio diviſi fuerunt: tumque Romana illa corrupta lingua, ruſticana antè vocitata, excoli, indieſque politior eſſe cæpit. Ut jam vetus vix intelligatur, quod ſæpe laudatum Fœdus docet, *& etiam Girard. del' hiſt. de Fr. tom.* 1. *fol. m.* 571. *atteſtatur, de legibus à Nortmannis, Gallico ſermone Anglis olim ſcriptis, loquens.* Sed nunc nec ſuavitate, nec etiam copiâ, Italicæ vel Caſtellanæ cedit; quod & Joſ. Scaliger, *in opuſc. poſth. fol. m.* 123. non diffitetur. Et Caroli V. judicium fuit de Linguis orbis Chriſtiani: Eſpãnola grave, Franceſa melindroſa, Ridicula Italiana, Toſca Alemanna. Gallicam dico magis excultam indies reddi; quãvis

ſunt

ſunt qui dicant, eam tempore Franciſci I. optimam extitiſſe. Ab ejus obitu (inquit Beza, *tr. de Franc. Ling. pronunt. in princ.*) ſic paulatim unà cum moribus immutatam fuiſſe conſtat, ut ne vix ac ne vix quidem adpareat, ubi tandem puritas deliteſcat. Et ſanè videre mihi videor, idem habere fatum Franco-Gallicam linguam, cum Romanâ; quæ poſt ætatem Ciceronis, affectato & conciſo acumine inquinata, tandem rigida & minùs grata, facta fuit: ut ſcripta Taciti, Senecæ, Ammiani, Symmachi, Sidonii, &c. atteſtãtur. Ac talis etiam ferè eſt modernorum auctorum Gallicorum ſermo. Poëtæ cùm primis in cauſſâ ſunt, ut linguæ politiores reddantur; iisq; Gallia abũdat: quis autem fuerit primus, docet Girard. *in fin.* 13. *libri.* Italica lingua maxumè floruit olim; in eâq; Dantes, Boccatius, & Petrarcha, novitiis præferuntur. Vide tamen hâc de re diſputantem Aulicum Caſtilionei. *lib.* 1. Hiſpanica etiam olim alia, & rudis magis fuit: ut *in Epiſtolis aureis* Guevara docet. Incrementum autem ſuum linguæ illæ vulgares, mori â noſtrate diverſo debent; & quia nempè, non omnis eruditio Latinâ veſte occultatur: ſed quoque ex vulgaribus libris hauriri ſapientia poteſt; quod & nationes illas reddit cultiores, & aliis Brabaras minùs. Et ſic de linguis, minuta hæcce à me obiter obſervata, libuit tradere luci. Scio non multos, imò pauciſſimos talia curare: ſed extorſit hoc amor exoticarum linguarum; quarum aliqualis cognitio, licet me juvârit parùm, plurimâ tamen affecit delectatione. Stultam quoque eſſe, clementiam reputavi, cùm tot ubique nugis occurras, perituræ parcere chartæ. Et tueor etiam me Labeonis Antiſtii

tistii exemplo, de quo Agellius *lib.* 13. *capit.* 10. scribit; Eum Juris Civilis disciplinam, principali studio exercuisse, & consulentibus de Jure publicè responsitâsse; litterasque antiquiores, altioresque penetrâsse: eâque præcipuè scientiâ, ad enodandos pleroſque juris laqueos usum esse. Scias etiam benevole Lector, in derivationibus vocabulorum, ut ait Isidorus, licere divinare. Sicque nos sibi servet CHRISTUS.

EPIGRAMMA

In Tractatum

Clarissimi Viri,

CHRISTOPHORI BESOLDI, DE NATURÂ Populorum & Linguarum immutatione.

Thomanigenæ Phlegetontica semina gentis
Miraq́, divisi scribere jura fori,
Ut Christis pateat: quid sit cognoscere Solis
Temonem, tenebras nosseq́, Cimmerias;
Atq́, rosam, vepres inter quasi, carpere detur,
Quæ deindè ambrosium spiret odore decus,
Sufficiat? curâ atque labore dedisse Besoldum
Ingenii astrigeni tot monumenta sui?

Dum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [116] - 113


Dum ſic Cimmerias motâ face diſcutit umbras,
Acceſſum furvæ nec timet ignis aquæ.
Ille ſibi, quod non fuerat conſumere luce,
Elucubrandum nocte reponit opus;
Aurea ſcripta dat aut quovis potiora metallo,
Dum Pietas Hélice ſeu Cynoſura ſibi eſt.
Ulterius pergens, mutantem Prothea linguas
Dat non unius gentis in orbe genus
Naturamve. Quid hoc? & quo cerygmate dignus?
Et quâ magnificâ laude Beſoldus erit?
Aptius haut poterant tot gentes tot quoque linguæ
Quàm tam facundi vindicis ore loqui.

Faut. Opt. l. m. que.

Joan-Sebaſtianus Wie-
landus P. L.


FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [117] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [118] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [119] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [120] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [121] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [122] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [123] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [124] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 5, [125] - -
PUBLIC DOMAIN